
To thine own self be true
EX LIBRIS
LEE M. FRIEDMAN
VE
RI
TAS

~~Jo: Ant.~~

Jos. Felten,

[Bonn, münsterstr. 13]

Bought in 188[illegible]
July the 12
for 5/2

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

BEQUEST OF

LEE M. FRIEDMAN '93

ΤΟ͂Υ ἘΝ ἈΓΊΟΙΣ

ROBERTI GROSTEST

Epiſcopi LINCOLNIENSIS

DE

Ceſſatione Legalium,

Tractatus Eruditiſsimus,

Priſcam, ſolidam, & Germanam pietatem ſpirans; noſtroque Ævo apprime utilis ac neceſſarius.

Ed.º 2ª

Ex vetuſtis membranis ſumma cura & fide deſcriptus.

Vix tertia pars est totius operis, ut notat E.B. in Fascis. Rerum Expetend: II. 246.

1.6

LONDINI,

Typis *Thomæ Roycroft*, Proſtat autem venale apud *Joan. Martin*, *Ja. Alleſtrye*, & *Tho. Dicas*, ſub ſigno Campanæ in Cœmeterio D. Pauli, 1658.

*57-1062

LECTORI.

PRODIT in publicum hic Liber, velut e mortuis excitatus, diu enim ſepultus jacuit, aliam non habens Lucem, qua agnoſceretur, niſi quam à privatis paucorum lucernis acciperet: Si vetuſtatem illius quæris, Lector, Id ſibi merito Religionis deberi poſtulat, quod annoſis ſtatuis, & Imaginibus tribui ſolet, quibus pretium, & reverentia, ex ſenio contrahitur:

34 6179 47

Scriptus enim erat annis ab hinc, plus quam quadringentis, Prælo, & Typis, qui nunc in uſu ſunt, multo antiquior; illo nempe ævo, cum non alia ſuppeteret ſua publicandi ratio, niſi quam dexter excogitaret ſcribentis Calamus: Per tot tamen ſæcula, non id Infortunij paſſus eſt, annoſis ſtatuis ſolenne, ut ex dimidio nobis, vel mancus accedat; ex omni parte integer eſt, & Archetypus: Siſtitque ſe ſpectandam, pulcherrima hæc, at exigua, Authoris ſui Imago, non eo charior, quod truncato ſit corpore, ſemeſo vultu, vel quod debili ſit Coxa, ~~noſove~~ careat: Fæliciori ſi ederetur ſæculo, magnam ſibi, & Genti noſtræ nanciſceretur gloriam; At noſtro vulgatus, horrido plane, & inculto, ubi non tantum literati, ſed & ipſæ literæ, Oſtraciſmum patiuntur, timendum, ne ſub gemina laboret invidia; tum, quod ab Epiſcopo,

tum

tum quod à Romano, Romane ſcriptus ſit: Eo enim invaluit multorum inſania, ut cum ipſi prorſus cæcutiant, aliis omnibus non cæcis, vix oculos concedant: Epiſcopi nomen, per ſæcula Auguſtum, ipſiq; religioni Chriſtianæ coævum, jampridem ſorduit: Quicquid Romanum eſt, etiam ipſa lingua Romana, ſuperſtitionis damnatur; eo uſque, ut non deſint nonnulli adeo ſuis furiis agitati ut Italiam fere ipſam exterminandam putent, quia Papæ ſubſit, & vix Amni Tiberi ignoſcant, quia, Romam præterfluat:

Ut ſcias itaq; Lector, quis, & quantus fuerit hujus libelli Author, tot habet nomina, ut ſi ex nominum varietate exiſtimes, non unum hominem, ſed numerum putabis: cum à nonnullis Groſteſt, ab aliis Groſſa Teſta, A Pitſæo, Robertus Capito, A Trivetto, Groſſum Caput, per Ἀντίφρασιν appelletur: ſub quovis tamen cogno-

mento, doctus, ſanctuſque celebratur: Imo (quod in magnam ejus gloriam cedit) ſicut Poeta pro Homero, Orator, pro Cicerone, pro Ariſtotele, Philoſophus κατ' Αντονομασίαν ſupponitur, ſic Lincolnienſis, & Groſteſt, apud literatos idem ſonant, factumque eſt *Diœcéſeos* ſuæ nomen commune Epiſcopo huic Lincolnienſi, peculiare, & proprium:

Inter magnas Angliæ procellas natus eſt in Sudovolgia Suffolciæ, turbido nempe illo, & infami ſæculo, cum Rex Johannes (ſi tamen Rex dici poſſit, cui caput erat Auro alieno redimitum) Imperio male parto, deteriuſque retento potiretur: ex imæ ſortis parentibus originem traxit, quam tamen ſtudiis ſuis, ſic illuſtravit, ut videretur penitus ex ſe natus, nec aliam habere proſapiam, niſi quam ſibi tribuerit:

Claruit temporibus haud minus infauſtis, regnante nempe Henrico tertio,

tertio, Johannis filio, cui pater, una cum Regno malis artibus quæſito, bella acria, & perquam diuturna reliquit: volente numine, ut iniqui Principis hæres, inter arma ſeneſceret, nec Galeam prius quam Diadema deponeret:

Oxoniæ educatum Lelandus tradit, ubi quicquid literarum doceri potuit, tam celeriter hauſit, ut Platonis fere dogma veriſſimum probaret, non acquiri artes, ſed innaſci aſſerentis; nec ſtudio opus eſſe, ut quis doctus evadat, ſed Recordatione eorum, quæ ingenita dormiebant: ea quippe erat indole, ut non tantum æquales ſuos, imo ſeniores omnes, ſed ipſum ſe paulatim ſupergrederetur: Juvenis enim ſic in Dialecticis profecit, ut nodos omnes ſibi faciles haberet; eo uſq; ut artium Magiſter, in poſteriora Ariſtotelis Analytica, comentarios exaraverit: ea fama & acumine, ut Venetiis bis excuſi, ſe in lucem dederint: ab

Otino

Otino Papienſi primum, Anno 1497. Deinde, ab Hieronimo Scoto Anno 1552.

Cæterum, cum tam late pateat Philoſophia, ut eoſdem ſibi, & naturæ limites præſtituat, per omnes illius partes quæ ſingulæ totum occupare poſſunt, ſubtili indagine peragravit: Nulla Phyſices arcana Groſteſtum latuiſſe teſtantur Commentarii; quos in Ariſtotelis libros, de Cœlo, & Mundo, de generatione & interitu, & de Meteoris compoſuit; Quibus addere libet, Quæ de animæ potentiis, de Cometis, de Iride, de Coloribus, de Natura intellectus, & de formis edidit. Quam fuerit in Ethicis verſatus, teſtantur quæſtiones quas ſuper libros Ariſtotelis, Nicomacho dicatos, movit Ethicus: Nimirum novit vir prudens, & ſapiens, virum honeſtum, & Chriſtianum, eſſe quam proxime affines: & ſicut

Johannes

Johannes Baptiſta Chriſto præluxit, ſic & doctrina de moribus, Evangelio; nec ſolidum eſſe poſſe in Eccleſia diſcipulum, niſi qui prima virtutis elementa in Licæo didicerit: Quod de Alexandro magno proditum eſt, tam capaci fuiſſe animo, ut novos orbes ſuo marte debellandos ſcrutaretur, & unius mundi oras devictas omnes anguſtas., & Alexandro indignas nucuparet, Id huic Philoſopho accidiſſe arbitror, qui nihil habens in terris, ſibi amplius incognitum ὑπερνέφελος plane factus eſt, & Icari Lucianici more, alas ſibi ſubtexuit, & in Cœlum volitavit, ubi ſyderum motus, & itinera, ortum, & occaſum, intervalla, & magnitudines, Aſtronomus depinxit; ea luce, & demonſtratione, ut in ſcriptis ſuis, Solem Aſtronomicis invenias, ſtellaſq; de quibus agit, in ſcribentis ſtilo relucentes:

Cum

Cum Aſtrologiam, Aſtronomiæ cognatam duxit, etiam illius ſtudio haud minus ſedulo operam navavit: non eo conſilio, ut Principum, & magnatum nativitates ſcrutaretur, aut Rerum publicarum fata hariolaretur, unde motus civiles, & ſæva bella orirentur, ſed ut latentes Aſtrorum virtutes, & influxus pernoſceret: Nimirum ſtatuit apud ſe conſultiſſimus ſcrutator, tot præclaros ignes, a Deo optimo, maximo, non ideo accenſos, ut hominibus imperitis ſpectaculo tantum forent, vel ut ſibi ſolis otioſe, & inutiliter ſplendeſcerent, ſed eſſe aliquod etiam Cœlo cum terris commercium, omniaque inferiora (ſi homines excipias) ſuperiorum radiis, & imperio ſubjici; nec ſcalam deeſſe, quæ deſcenſum, & aſcenſum in Cœlos præbeat, niſi male dormientibus, & ignaviæ ſuæ damnatis.

Mathema-

Mathematicem tam dextre, & ſubtiliter percalluit, ut opus arduum & difficile, a multis tentatum, a nemine hactenus abſolutum, Quadraturam nempe circuli, aggrederetur; Quod illi inſtitutum, ſi minus proſpere ceſſit, non ideo inſcitiæ arguendus eſt, cum res ipſa molientibus plane refragetur, materiamque præbeat torquendis curioſorum ingeniis, ſed quæ ab Euclide ipſo redivivo ſuperari nequeat.

Ex hujuſmodi ſtudiis, illi ſæculo ignotis, natum illius ævi errorem arbitror, quo apud plebem Magus crederetur, & quia Rogerum Baconum ſibi σύγχρονον, & familarem habuit, cujus arte Taliſmanica, Æneum caput locutum perhibetur: Errore haud diſſimili, prodigium illud, Groſteſto huic adſcripſit Camber Gowerus, mala conjectura, verſiculiſque tam malis,

malis, ut Irato plane Apolline, tornati videantur : ne quid in illo genere Groſteſto Literaturæ deeſſet, Ludicra ſuis ſeriis permiſcere ſolebat, Poeſinque, non ſatis fœliciter, coluit tamen; Carminaque & patrio, & Gallico ſermone compoſuit, Talia autem, quæ ſterilem Parnaſſum ſapiant : An Muſicæ operam dederit Groſteſtus, haud liquet, ſed quod muſicæ proximum eſt, Sacroſanctæ Scripturarum Lyræ ſuas Chordas addidit, & in Davidis Pſalterium, commentarios, concinnavit: Ne multis te morer (Quiſquis es Lector) tam verſatile huic erat ingenium, ut illi merito tribui poſſit, quod dixit Juvenalis :

Quemvis hominem ſecum attulit ad nos.

Dialecticum argutum, Philoſophum ſubtilem, Ethicum gravem, Aſtronomum

nomum ſublimem, Aſtrologum curioſum, Geometrem ſolidum, & Poetam ſat mediocrem:

Ad hæc, Linguam Græcam, & Latinam, Philoſophiæ ſuæ ancillantes habuit, Hebræam Theologiæ: quas adeo ad amuſſim didicit, ut Teſtamenta duodecim Patriarcharum, Attice ſcripta, Latio donaverit, de cujus libri fide, forſan dubites Lector, ſed de fida interpretis cura, & diligentia; cum verbum, verbo ſcrupuloſe tranſtulerit; ſenſumque Græcum ſic fecit Latinum, ut Athenas, Romæ medio ſitas exiſtimes: Quam non fuerit linguæ Gallicæ rudis, fatetur libellus, quem Gallice ſcripſit, cui titulus, *Le Chaſtiment d'Amours*: Imo flagrante tunc temporis in Anglia, bello, plus quam civili, an ut incendium vitaret, an quia arma Togæ artibus adverſa ſentiebat, in Galliam

am profectus est, ubi sacrarum literarum studio tam gnaviter incubuit, ut qui summus e Patria exierit Philosophus, in Patriam, summus redierit Theologus: cujus opera Theologica, tam varia sunt, & multiformia, ut vix ulla sit per Europam Bibliotheca publica, quæ non aliquid Grosteſti habeat, nulla totum, nec mirum id cuiquam videri debeat, cum velut Hippolyti dissecta membra, sparsus jaceat, adeo ut si in unum corpus recolligeretur totus, ingens Bibliotheca vel ipse videretur; nec minora in Archivis spatia occuparet, quam Augustinus, Chrysostomus, Erasmus Abulensis, vel si qui sint alii, qui operosissime scripserunt:

Expositiones in Genesin, Psalterium, & Lucam, & Dionysii Areopagitæ exemplum secutus, librum de divinis nominibus scripsisse testatur

Conradus

Conradus Geſnerus, facili errore, cum Dionyſii perlucidam duntaxat verſionem commentaſſe rectius tradat Nicholaus Trivettus; vel ſi major Pitſæo fides adhibenda ſit, Dionyſio annotationes tantum ſuas attexuit:

Calendarium ſcripſiſſe, item de computo Eccleſiaſtico, de oculo morali, de Doctrina cordis, de Templo Dei, de Reſurrectione, de veneno, ſive de ſeptem peccatis, de veritatibus, de cura Paſtorali, Hexameron de Confeſſione, de Pœnitentia, de Gratia & libero Arbitrio, Commentarios in quatuor Evangelia, & Decalogum, Meditationum libellum, varii generis Epiſtolas; & Conciones, Decreta Synodalia, refert Pitſæus: Quæ tamen e multis, pauciſſima ſunt, ſi Centuriatoribus Magdeburgicis credamus, qui libros Groſteſti genuinos,

&

& proprios, centum, & viginti memorant: quem numerum longe augent Lelandus & Balæus, è quorum Annalibus, quos de illuſtribus Angliæ Scriptoribus, compilaverunt, exerptum Catalogum, huic Proœmio ſubnexum quanta fide fieri potuit, excudi curavimus.

Mirum forte videatur, tot unum ſcripſiſſe, at ſimile portentō eſt; Tunc temporis tot ſcripſiſſe. Ætate nempe tenebris ſuis damnata, ubi caligantia erant omnia, & ſua nocte obvoluta: ubi literæ Ecclipſin adeo denſam paterentur, ut intermortuas plane, & nullas arbitreris; ubi veritas denique ſic putei fundo ſubmerſa latuerit, ut uni hujus induſtriæ debeat, quod aliquando cum ſua luce, & radiis emerſerit:

Inter

Inter multiplices ſuas lucubrationes, Egregiam hanc, *De Ceſſatione Legalium* compoſuit, Opus, ſi modum tractandi ſpectes, Polemicum, & celato nomine, adverſus Judæos fabricatum: ſic tamen, ut cum ſe uno, bellum gerere videretur: ſubtili enim Μονομαχία, ſibi, hoſtis, & Propugnator, certamen Scholaſticum tam modeſte inſtruit, ut tela oppugnantibus acuta largiatur, unde fortius extorqueat; Magnoque acumine nectit, & galeata producit, ut majori Triumpho ſolvat adverſantium argumenta: Atque utinam, qui noſtræ ſunt ætatis literati, exemplaris tam candidi modeſtia ducerentur, ubi neglecto pacis, & Concordiæ ſtudio, Bellum atrox è ferro in calamos migravit; pudet dicere quam non rationum pondere, ſed inverecunda rabie & convitiis, res agatur, ubi non diſputant, ſed vomunt rixantes Theo-

logi, omissisque argumentis, solabile sua litigant, eo felle, & vesania, ut is demum victor habeatur maximus, qui maxime adversantis sibi famam jugulat; nec aliud instituatur de veritate certamen, nisi ut furioso altercantium calore amittatur.

His Grosteſti virtutibus, quæ & domi, & apud exteras gentes celeberrimum reddiderunt, suus honos non defuit, ad cujus fastigium, etiam nundinandi illa ætate, cum Romæ omnia essent cum pretio, & ubi non modo Præsulum minorem Alba, sed & ipsa Petri Cathedra venalis habebatur, non alio quam meritorum suorum adminiculo ascendit: Non enim Doctor in Theologia, factus est Archidiaconus Ligerienſis, & moriente Hugone de Welles, Lindensi Episcopo (quem rectius Wallis Anglice appellandum censeo) illius mitram, suo capiti impositam gestabat,

quo

quo in Eccleſiæ gradu perſancto, & illuſtri tam ſancte ſe geſſit, ut Pontificius cum fuerit, primævis eſſet moribus cum ſui ſæculi vitiis, Monachorum inprimis, acria geſſit bella nec illis forſan minora, quæ habuit Paulus Apoſtolus, quando Epheſi, cum illius ævi belluis dimicabat: Eccleſiæ fucos hos, ſocordes, & edaces quibus Clauſtrorum receſſus haud aliter uſui erant, niſi ut ventri indulgerent, & pingui otio fruerentur, aſperrime coarguit, & diſciplina haud minus aſpera coercuit: nec prætermiſerim, quod egregie refert Matthæus Paris, monuiſſe eum Fratres Prædicatores, qui minores dicebantur, ipſorum ſortem, vel ideo in paupertate conſtitutam, ut magnatum vitia, liberius reprenderent, nec aptiores eſſe poſſe principum monitores, quam qui egeſtate ſua tuti, & inopia munirentur.

Pietate tam intrepida, quod rectum eſt coluit, ut Senebaldi, tunc Papæ Innocentii nempe Quarti, ſuperbiam, luxum, & avaritiam non ferendam, pro Roſtris perſtrinxerit, ut videri eſt, in Concione ipſius, coram Papa, & Cardinalibus habita, quam ex Johanne Hus, memorat Flacius Illyricus: Male, dixit, faſtum Petri Cathedræ, convenire, in qua, primus ſedit Piſcator Epiſcopus, nec uſquam ſe legiſſe, ſedis Apoſtolicæ patrem, cæna dubia, & in mediam noctem protenſa, dapibuſque per omnia elementa quæſitis, doctaque coquorum arte, & ingenio conditis, magiſtrum ſuum Chriſtum in Evangelio accepiſſe ejuſmodi epulas, veteri Romæ, non novæ eſſe congruas ubi ſubactæ Gentes, populi victoris non tantum ærario, ſed gulæ, & libidini, tributa gravia pendebant. At Papæ Tyrannidem tam acerrime queſtus eſt, ut dixerit, Angliam

am Christi Vicario mancipatam, servitute plusquam AEgyptiaca laborantem cum retia sua tam late hic sparsa haberet, ut de Gente tanquam bello capta, vectigalia exegerit, Nec Jugum cervicibus misere gementium, nisi ore gladii cruentati excutiendum: Imo Papæ per diplomata sua iniquum postulanti, non modo non paruit, sed Epistola salebrosa fateor, at Cothurnata, & tonanti, tam audacter respondet, ut Hæretici, & Antichristi notam illi plane inusserit; Minasque excandescentis contempsit, adeo, ut fulminanti Papæ aliud fulmen suum animose retorserit, acriori forsan impetu, quam decebat Episcopum, cui Pontifex Romanus Ecclesiæ Caput habebatur.

Quam diu vixerit, haud liquido constat, testantur autem opera, quæ numerosa reliquit, non ex eorum fuisse numero, qui Elementarii

ſunt ſenes, & quibus una eſt ſenectutis ſuæ Index, Canities: Obiit Buckduni, & Lincolniæ ſepultus eſt; *Anno* 1253. Non ſine miraculorum fama, Epitaphio ſuo, ſi vera ſit merito inſerenda: fluxiſſe nempe oleum è ſepulti tumulo, quo illius ævi Ægrotantes perunctí ſanabantur.

Ne Totus moraretur, & in tumulum bis deſcenderet, libellum hunc Authori ſuo ſuperſtitem, & velut è cineribus ſuis erutum, in Scriniis ſuis ſervavit Doctiſſimus Seldenus, cujus curæ & induſtriæ (per literarum orbem celebri) debet Antiquitas, quod non idem Scriptorum clarorum Animis, Sepulchri fatum, ac corporibus contigeret.

Cæterum, quia in Seldeni codice, uhius loci ſenſus, tum in Margine, tum in corpore, parum integer videbatur, variamque nec ſatis lucidam pariebat Lectionem, ne effigie amputata

putata vultuque non ſuo prodiret hic liber, utrumque defectum Lector ex vetuſto exemplari, quod manuſcriptum in Bibliotheca Mertonenſi Oxoniæ cuſtoditur, fideliter ſuppletum habes: Supplementa enim, & varias Lectiones, quas uterque codex ſuppeditat, in margine hujus Libelli, excuſas invenies, Literis S. ad Seldenianas, *M. C.* vero ad Mertonenſes, te quaſi manu ducentibus.

Inſigniſſimo viro D. Matthæo *Hale* uno Juſticiariorū de Communi Banco, & è Quatuor Seldeni hæredibus alteri Manuſcriptum hunc moriens, velut ex Teſtamento legavit: Cujus muneri debes, Lector, quod typis mandetur, & tui tandem ſit juris: Inhumanum enim credidit conſultiſſimus Judex & homicidio proximum, de mortuo tam erudito, ferre mortis ſententiam, aut ſepulti ingenio, id jus publicum negare, quod

vivis privatim Litigantibus, concedit: Nec ſine Numinis providentia factum arbitror, ut ab illo Judice, Epiſcopus vita donaretur, in quo morum integritas, ſic cum exuditione miſcetur, quaſi Leges, aut Illi æquitatem ſuam, aut Ille Legibus Sanctimoniam ſuam largiatur.

Vale.

DE ROBERTO GROSTEST Teſtimonia.

Matthæus Paris in vita Henrici Tertii pagina 548. Editione veteir.

EOdem Tempore obiit Hugo de Velles, Lincolnienſis Epiſcopus, &c. Cui ſucceſſit Magiſter Robertus, Cognomento Groſteſte, vir quidem Nimis Literatus, a primis Annis ſcholis educatus.

Idem, pagina 801.

Ipſis Temporibus Epiſcopus Lincolnienſis Robertus, vir in Latino & Græco peritiſſimus, Teſtamenta duo decim Patriarcharum, de græco fideli Interpretatione tranſtulit in Latinum. Quæ per multa Tempora incognita, & abſcondita fuerunt per Invidiam Judæorum, propter prophetias de Salvatore in his contentas. Sed Græci omnium Scriptorum diligentiſſimi Inveſtigatores, primum in Notitiam illius

illius Scripti devenientes, illud de Hebræo in Græcum tranſtulerunt, & penes eos uſque in noſtra Tempora reſervarunt; Nec Tempore beati Hieronymi vel alicujus Sancti Interprtis ad Notitiam Chriſtianorum, machinante Judæorum antiquorum Malitia, potuit quomodo libet pervenire. Illum igitur glorioſum Tractatum, ad Robur fidei Chriſtianæ, & ad Majorem Judæorum Confuſionem, tranſtulit plene & Evidenter Epiſcopus Memoratus de Græco, verbo ad verbum, in Latinum, Coadjuvante Magiſtro Nicolao, Græco Clerico Abbatis Sancti Albani.

Idem, de Epiſtola, quam Papæ miſit Groſteſtus. p. 1161. 1162.

Diebus ſub eiſdem, cum Dominus Papa Innocentius quartus ſignificaſſet per Apoſtolica ſcripta, præcipiendo Epiſcopo Lincolnienſi Roberto, quatenus quiddam faceret quod ei videbatur injuſtum & rationi diſſonum, prout frequenter fecerat Illi, & Aliis Angliæ Prælatis, reſcripſit ei in hæc verba ſalutem. Noverit Diſcretio veſtra, quod Mandatis Apoſtolicis Affectione filiali devote & reverenter Obedio. His, quoque, qua Mandatis Apoſtolicis adverſantur, Paternum Zelans Honorem, adverſor & obſto. Ad utrumque enim teneor ex divino Mandato. Apoſtolica enim Mandata non ſunt, nec eſſe poſſunt talia, quam Apoſtolorum Doctrina, & ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti Apoſtolorum Magiſtri, & Domini Cujus Typum & perſonam maxime gerit in Hierarchia Eccleſiæ Dominus Papa, conſona & conformia. Ait enim Dominus ipſe noſter Jeſus Chriſtus. Qui non eſt Mecum contra Me eſt. Contra ipſum autem

Epiſtola.

autem nec eſt, nec eſſe poteſt Apoſtolicæ ſedis ſanctitus diviniſſima. Non eſt igitur prædictæ Literæ Tenor Apoſtolicæ ſanctitati conſonus, ſed abſonus plurimum & diſcors. Primo, Quia de illius Literæ, & ei conſimilium, longe lateq; ſparſarum, ſuperaccumulato Non Obſtante, nec ex Legis Naturalis obſervanda neceſſitate induſto, ſcatet Cataclyſmus. Inconſtantiæ, audaciæ, procacitatis, Inverecundiæ, Mentiendi, fallendi, diffidenter Alicui credendi, vel fidem adhibendi: Et ex his conſequentium vitiorum, quorum non eſt Numerus Chriſtianæ Religionis puritatem, Et ſocialis Converſationis Hominum Tranquilitatem Commovens & perturbans. Præterea, poſt peccatum Luciferi, quod idem erit in fine Temporum ipſius filii perditionis Antichriſti, quem interficiet Dominus Spiritu Oris ſui, non eſt, nec eſſe poteſt alterum genus peccati tam adverſum & contrarium Apoſtolorum Doctrinæ, & Evangelicæ, Et ipſi Domino Jeſu Chriſto tam odibile, deteſtabile, & tam abominabile, quam animas curæ paſtoralis Officii & Miniſterii defraudatione mortificare & perdere. Quod peccatum Evidentiſſimis ſcripturæ ſacræ Teſtimoniis committere dignoſcuntur, qui in poteſtate Curæ paſtoralis conſtituti de Lacte & Lana Ovium Chriſti vivificandarum, & ſalvandarum, paſtoralis Officii & Miniſterii ſalarium comparant, debita non adminiſtrant. Ipſa enim Miniſteriorum paſtoralium non Adminiſtratio eſt, ſcripturæ Teſtimonio, Ovium Occiſio, & perditio. Quod autem hæc duo genera peccatorum, licet diſpariter ſint peſſima, & omne alterum genus peccati inæſtimabiliter ſuper excedentia. Manifeſtum ex hoc quod ipſa ſunt duobus exiſtentibus & dictis, licet diſpariter, & diſſimiliter optimis directe contraria;

peſſimum

peſſimum enim eſt quod optimo contrarium. Quantum autem eſt in dictis peccantibus, unum peccaminum eſt ipſius Deitatis ſupereſſentialiter & ſupernaturaliter Optimæ, Alterum vero Deformitatis, & Deificationis ex divini Radii gratifica participatione eſſentialiter & Naturaliter optimæ Interemptio. Et quia ſicut in Bonis, Cauſa Boni melior eſt ſuo Cauſato, ſic & in Malis Cauſa Mali pejor eſt ſuo Cauſato. Manifeſtum, quoniam talium peſſimorum Interemptorum deformitatis, & Deificationis in Ovibus Chriſti in Eccleſia Dei Introductores, ipſis peſſimis Interemptoribus ſunt pejores, Lucifero, & Antichriſto proximores, & in hac pejoritate gradatim quanto magis ſuperexcellentes, qui ex Majore & diviniore poteſtate ſibi divinitus in ædificationem, non Deſtructionem tradita, magis tenerentur ab Eccleſia Dei Tales Interemptores peſſimos excludere, & Extirpare. Non poteſt igitur Sanctiſſima ſedes Apoſtolica, Cui a Sancto Sanctorum Domino Jeſu Chriſto tradita eſt poteſtas Omnimoda, Teſtante Apoſtolo, in ædificationem, non in deſtructionem, aliquid vergens in Hujuſmodi peccatum Domino Jeſu Chriſto tam Odibile, deteſtabile, & abominabile, & humano generi ſummæ pernitiabile, vel mandare, vel præcipere, vel quoquo modo ad aliquid tale conari. Hoc enim eſſet ſuæ poteſtatis Evidenter Sanctiſſimæ, & pleniſſimæ, vel defectio, vel corruptio, vel Abuſio, vel a Throno gloriæ Domini noſtri Jeſu Chriſti Omnimoda Elongatio, & in Cathedra peſtilentiæ panarum gehennalium dnabus prædictis tenebrarum principibus proxima Conſeſſio. Nec poteſt quis immaculata, & ſincera obedientia eidem ſedi ſubditus & fidelis, & a corpore Chriſti, & eadem ſancta ſede per Schiſma non abſciſſus

ſciſſus, mandatis, vel præceptis, vel quibuſcunque conaminibus undecunque emanentibus, etſi a ſupremo Angelorum Ordine obtemperare; ſed neceſſe habet totis viribus contradicere, & rebellare. Propter Hoc, Reverendi Domini, Ego ex debito Obedientiæ & fidelitatis quæ teneor utrique parenti Apoſtolicæ ſedis Sanctiſſimæ, & ex Amore unionis in Corpore Chriſti cum ea. His quæ in prædicta Literra continentur, & maxime, quia, ut præfactum, ad peccatum Domino Jeſu Chriſto Abominabiliſſimum, & humano generi perniciоſiſſimum Evidentiſſime vergunt, & Apoſtolicæ ſedis ſanctitati adverſantur omnino, & contrariantur Catholicæ fidei, unice, filialiter, & obedienter non obedio, contradico, & rebello. Nec ob hoc poteſt inde veſtra Diſcretio quicquam durum contra me ſtatuere, quia omnis mea in hac parte & contradictio, & Actio, nec contradictio, nec Rebellio, ſed filialis divino Mandato debita patri & veſtri Honoratio. Breviter autem recolligens dico. Apoſtolicæ ſedis Sanctitas, non poteſt niſi quæ in Ædificationem ſunt, & non deſtructionem. Hæc enim eſt poteſtatis plenitudo, omnia poſſe in ædificationem. Hæc autem, quæque vocant proviſiones. Non ſunt in ædificationem, ſed in manifeſtiſſimam deſtructionem. Non igitur eas poteſt beata ſedes Apoſtolica acceptare, quia Caro & ſanguis, quæ Regnum Dei non poſſidebunt, eas revelavit, & non pater Domini Jeſu Chriſti qui eſt in Cælis.

Idem

Idem. De variis hujus Epiſtolæ Romæ Cenſuris Pag. 1162.

Hæc cum ad Domini Papæ audientiam perveniſſent, non ſe capiens præ Ira & Indignatione, torvo aſpectu, & ſuperbo Animo ait. Quis eſt iſte ſenex delirus, ſurdus, & abſurdus, qui facta audax, imo temerarius judicat? per Petrum & Paulum niſi moveret nos innata Ingenuitas, ipſum in tantam confuſionem præcipitarem, ut toti mundo fabula foret, ſtupor, exemplum, & prodigium. Nonne Rex Anglorum noſter eſt vaſſallus, & ut plus dicam Mancipium, qui poteſt eum, Nutu noſtro incarcerare, & Ignominiæ mancipare? Et cum Hæc inter Fratres Cardinales recitarentur, vix compeſcentes Impetum Papæ, dixerunt Ei, Non expediret, Domine, ut aliquid durum contra ipſum Epiſcopum ſtatuerimus. Ut enim vera fateamur, vera ſunt quæ dicit. Non poſſumus eum condemnare: Catholicus eſt, imo & ſanctiſſimus, Nobis religioſior, nobis & ſanctior, Excellentior, & Excellentioris vitæ, ita ut non credatur inter omnes prælatos Majorem, imo nec Parem habere. Novit Hoc Gallicana & Anglicana Cleri univerſitas; noſtra non prævaleret Contradictio. Hujuſmodi Epiſtolæ veritas, quæ jam forte Multis innotuit, multos contra nos poterit commovere. Magnus enim habetur Philoſophus, Latinis & Græcis Literis ad plenum eruditus, Zelator Juſtitiæ, Lector in Theologiæ Scholis, prædicator in populo, Caſtitatis Amator, perſecutor Simonialium. Hæc dixerunt Dominus Ægidius Hiſpanus Cardinalis, & alii quos propria tangebat Cenſcientia.

Conſilium

Conſilium dederunt Domino Papæ ut omnia hæc conniventibus oculis ſub diſſimulatione tranſire permitteret, ne ſuper hoc tumultus excitaretur; maxime propter hoc, quia ſcitur, quod quandoque diſceſſio eſt ventura.

Idem, De Oratione quam habuit Groſteſtus ſuprema, paulo ante Obitum, pag. 1166.

Diebus ſub eiſdem Epiſcopus Lincolnienſis Robertus apud Bukedonam Manerium ſuum decubuit graviter infirmatus. Et cum una dierum confabularetur, recitando facta Papæ, redarguit graviter contra tres ſuos prædicatores ex Aliis, ſimiliter Minoribus non pepercit, Eo quod Ordo eorum idcirco in paupertate voluntaria, quæ eſt paupertas Spiritus, ſalubriter conſtituitur, ut Liberius vitia potentum non palpent, ſed cenſoria auſteritate reprehendant. In hoc autem quod Tu frater Joannes (Is erat Joannes de Sancto Ægidio, ex Ordine prædicatorum & alii Medicus) *Et alii prædicatores, Peccata Magnatum audacter non redarguiſtis, & facinora non detunicatis, Hæreticos cenſeo manifeſtos. Quid enim eſt Hæreſis? Hereſis, inquit, eſt ſententia humano ſenſu Electa, Scripturæ ſacræ contraria, palam edocta, pertinaciter defenſa. Hæreſis enim græce, Electio eſt Latine Et conſequenter, ſubjunxit* (reprehendens prælatos maxime Romanos, *qui conſanguineis ſuis indignis ætate, & ſcientia inſufficientibus, curam committunt Animarum*) *Dare Curam Animarum parvulo ſententia eſt alicujus prælati, humano ſenſu electa, propter carnem vel terrenitatem;*

tem, Et eſt contraria Scripturæ Sanctæ, quæ prohibet fieri paſtores qui non ſunt idonei ad arcendum lupos, Et eſt palam edocta, quia manifeſte portatur Charta ſigillata, vel vallata; Et eſt pertinaciter defenſa, Quia ſi quis voluerit contradicere ſuſpenditur, Excommunicatur, & ſuper eum prælium ſanctificatur. Cui tota Definitio Hæretici convenit Hæreticus eſt. Sed quiſque fidelis tenetur ſe Opponere Hæretico quantum poteſt. Qui ergo poteſt contradicere & non contradicit, peccat, & videtur fautor eſſe; ſecundum illud Gregorii: Non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. Sed Fratres tam Minores, quam prædicatores maxime obligantur ad oppoſitionem contra talem, cum utrique habeant ex Officio Gratiam prædicandi, ſunt ad illud Officium per paupertatem Liberiores, non ſolum peccant, ſi ei non contradicunt, imo fautores ipſius exiſtunt. Sicut & Apoſtolus ad Romanos: Non ſolum qui talia agunt, ſed qui conſentiunt, digni ſunt Morte. Poteſt ergo concludi, quod tam Papa, niſi ab hoc vitio ceſſet, quam dicti Fratres, niſi curioſos ſe exhibeant ad arcendum Talem, digni ſunt Morte, ſcilicet perpetua. Item dicit Decretalis, Quod ſuper tali vitio, videlicet Hæreſi, poteſt ac debet Papa accuſari. Et quia noctes tunc Temporis in longum protrahebantur, (erat autem tertia nox ante Feſtum ſancti Dionyſii) Epiſcopus Lethali tædio & infirmitate prægravatus, accerſiri præcipit Aliquos de Clericis ſuis, ut ſaltem mutuis collectionibus recrearentur. Quibus Epiſcopus (doleus de jacturis Animarum, per Papalis Curiæ Avaritiam) ſuſpirans ait Chriſtus venit in mundum ut Animas Lucraretur; Ergo ſi quis Animas perdere non formidat, nonne Antichriſtus

merito

merito eſt dicendus? Dominus ſex Diebus Mundum condidit univerſum; ſed ut Hominem repararet plus quam triginta Annis laboravit. Nonne ergo Animarum deſtructor Inimicus Dei & Antichriſtus cenſetur? Privilegia ſanctorum Pontificum Romanorum, prædeceſſorũ ſuorum Papa impudenter annullare per hoc repagulum, non obſtante, non erubeſcit. Quod non ſit ſine eorum præjudicio, & injuria manifeſta, ſic enim reprobat, & diruit, quod tanti, & tot ſancti ædificarunt. Ecce ſanctorum contemptus. Merito igitur contemptor contemnetur; ſecundum illud Iſaiæ; Væ qui ſpernis, nonne contemneris? Quis ejus privilegia conſervabit? Errorem ſuum, ad hoc reſpondens, Papa ſic tuetur. Par in parem non habet Imperium; Ergo Papa me Papam minime valet obligare. Ad hoc reſpondeo, ait Epiſcopus. Mihi videtur, non ſunt pares navigans in mundi periculo, & gratulans in portus ſecuritate. Da ut aliquis Papa ſalvetur; Abſit docere contrarium. Dicit ſalvator, qui minor eſt in regno Cœlorum major eſt Joanne Baptiſta, quo major inter natos mulierum nemo ſurrexit. Nonne major eſt ergo aliquis Papa dator privilegiorum, vel confirmator iſto vivente? profecto major mihi videtur; ergo in minorem habet imperium, &c. Et cum hæc & alia enormia, videlicet, omne genus avaritiæ, uſuram, ſimoniam, & rapinam, omne genus luxuriæ, libidiem, gulam, & ornatum, quæ in curia Romana regnant, deteſtaretur, nitebatur proſequi, aiens, Nec liberabitur Eccleſia ab Ægyptia ſervitute niſi in ore gladii cruentati.

Idem, de Morte Groſteſti, pag. 1168.

Migravit ab hujuſmodi Mundi, quem nunquam dilexit, Tadio, ſanctus Lincolnienſis Epiſcopus,

Robertus ſecundus, apud Bugedonam Manerium & ſùum in nocte ſancti Dioniſii, Domini Papæ, & Regis Redergutor manifeſtiſſimus, Prælatorum correptor, Monachorum corrector, Presbyterorum director, Clericorum inſtructor ſcholarium ſuſtentator, populi Prædicator, incontinentium perſecutor, ſcripturarum ſedulus perſcrutator diverſarum, Romanorum Malleus & contemptor, In menſa Refectionis corporales dapſilis, copioſus, & civilis, hilaris & affabilis. In menſa vero ſpirituali devotus lachrymoſus, & contritus. In officio pontificali, ſedulus, venerabilis, & infatigabilis.

Nicolaus Trivettus, in Annalibus ſuis Manuſcriptis, ad annum Chriſti, 1253 Henrici Tertii anno 37.

Hoc anno moritur Robertus Lincolnienſis Epiſcopus, vulgo Groſſum caput. Qui licet de ima gente Southfolciæ Norwicenſis Diœceſis Originem traxit, tamen bonam naturæ indolem præceptis ſcripturarum exercens produxit animum generoſum. Cum eſſet Artium magiſter ſuper libros poſteriorum compendioſe ſcripſit, Tractatum etiam de Sphera, & de Arte compoti: multaque alia in Philoſophia utilia edidit. Doctor vero Theologiæ in triplici Lingua eruditus, Latina, Græca, & Hebræa, multa de Gloſſis Hebræorum extraxit, & de Græco multa transferri fecit, utpote Teſtamenta duodecim Patriarcharum, & libros Dioniſii. Quorum novam tranſlationem perlucide commentavit. Fratres prædicatores, & minores charos, & in ſuo comitatu ſemper habuit, ſed præ ceteris, familiarem habuit Adamum de Mariſco Bathemenſis Diœceſis, ordinis minorum, in S. Theolo-

S. Theologia Doctorem eximium. Ob cujus amorem libros ſuos omnes conventui minorum Oxoniæ Teſtamento legavit.

Henricus de Knighton, de Eventibus Angliæ. lib. 2. cap. 15. pag. 2426. numero 41. in Henrico Tertio.

Tres filias habuit, Joannes Rex; Quarum tertia poſtquam Caſtitatem voverat, non tamen ſuſceperat velum caſtitatis, Comiti Leyceſtrenſi, Simoni de Monte-forti conjuncta eſt. Unde fertur Robertum Licolnienſem Epiſcopum, quaſi exprobando dixiſſe ei, Nunquam gaudebis de progenie tua, nec in ea lætaberis, quoniam Matrimonium Dei contempſiſti pro nuptiis hominis. Et ſic quidem contigit.

Idem, pag. 2436.

Hoc anno obiit ſanctus Robertus dictus Groſteſt, Epiſcopus Lincolnienſis 7. Idus Octobris. Qui in cunctis Liberalibus Artibus excellenter erat eruditus, præipue in Logica, & Aſtrologia plurima commentatus eſt. Ad Innocentium Papam miſit Epiſtolam ſatis Tonantem, pro eo, quod Eccleſias Anglicanas indebitis, & inſolitis exactionibus gravare videretur, & quia Nepotulo ſuo puero Papa contuliſſet Canonicatum cum proxima Prebenda vacatura, in Eccleſia Lincolnienſi; quem tamen Robertus admittere noluit, reſcribens Papæ, ſe nec velle, nec debere tales ad Curas animarum admittere, qui ſe neſcirent, nec poſſint regere: Qua de cauſa ad Curiam vocatus, & excommunicatus, appellavit a Curia Innocentii ad Tribunal Chriſti, unde contigit, ut poſt

Biennium mortis Roberti, apparuit Papæ de nocte quieſcenti quidam Epiſcopus pontificalibus indutus; ſic inquiens, Surge Miſer, & veni ad judicium, & ſtatim cum baculo paſtorali pupugit Papam in latere ſiniſtro, uſque ad cor. Unde & Lectiſternium Papæ inventum eſt mane ſanguinolentum; & ipſe defunctus. Hac de cauſa quamvis Robertus perſpicuis effulgeret miraculis non eſt permiſſus a Curia Canonizari.

Matthæus Weſtmonaſterienſis, ad Annum 1235 pag. 295.

Hoc Anno obiit Hugo de Welles, Lincolnienſis Epiſcopus, 6 Idus Februarii, cui ſucceſſit Robertus Groſteſt. Qui apud Radingum munus conſecrationis ab Edmundo Cantuarienſi Archiepoſcopo ſuſcepit.

Idem, ad Annum 1244. pag. 318.

Circa hæc tempora, Epiſcopus Lincolnienſis, pro lite ſua terminanda, quæ movebatur inter ipſum & Canonicos ſuos, in præſentia Domini Papæ Curiam Romanam adiit, ſimiliter contra eum Decanus Lincolnienſis, & quidam ejuſdem Eccleſiæ Canonici.

Idem, ad Annum 1250. pag. 346.

Tempore eodem transfretarent multi nobiles de regno Angliæ, nec patuit cauſa. Præterea de Prælatis Lincolnienſis, Londinenſis, Wigornienſis Epiſcopi, & cum illis de Epiſcopatu Lincolnienſi, Oxonienſis & Bedfordienſis, Archidiaconi, & alii. Cauſa autem ſolius Epiſcopi Lincolniæ, quare transfretavit, patuit

patuit univerſis, videlicet, ut eos vocaret ad Curiam Romanam, qui propter inaudita eis inferenda gravamina, & comminata, ad ſedem Apoſtolicam appellaverunt, ſcilicet, exempti Templarii, Hoſpitalarii, & alii multi. Qui poſtea a Domino Papa pecunia interveniente, cante ſibi pacem redemerunt; Et ſic Epiſcopus propoſito ſuo fraudatus, confuſus ad propria remeavit.

Idem, ad Annum 1250.

Comes Richardus Franciam pertranſiens, Lugdunum pervenit, ubi tunc Papa morabatur. Epiſcopus autem Lincolnienſis, jam illuc advenerat. Qui, cum multi ſeſe verſus Papam, ut pacem haberent, redemiſſent, querulus Papam redarguit, dicens, Domine, credidi auxiliante præcepto veſtro, omnes de quibus conqueſtus ſum caſtigaſſe, & ab eorum errore potenter revocaſſe; Et ecce noviſſimus error factus eſt pejor priore. Omnes enim ſe redimunt; & panditis ſinum omnibus præmia offerentibus, unde enervatur Auctoritas mea, & propoſitum irritatur. Cui Papa, frater liberaſti animam tuam. Quid ad te? De gratia mea fecimus eis gratiam. Nunquid oculus tuus nequam eſt quia ego bonus? Et ſic receſſit Epiſcopus a ſuo propoſito fraudatus. Aliis tamen nimium vexatis propter hoc, & damnificatis.

Idem, ad Annum 1253 pag. 354

Cum Dominus Papa ſignificaſſet per Apoſtolica ſcripta Epiſcopo Lincolnienſi Roberto (ſicut & multis aliis pluries fecerat) præcipiens, ut aliquid faceret quod eidem Epiſcopo videbatur injuſtum, & rationi diſſonum, reſcripſit Epiſcopus Domino Papæ in hac verba. Salutem, noverit diſcretio veeſtra, &c.

Idem, ad Annum 1253. pag. 355.

Robertus Epiſcopus Lincolnienſis de ima Suffolcia Gente, in Villa de Strodbrocke traxit Originem. In Eccleſia autem Lincolnienſi cumnlantur diuinis miracula miraculis. Operante enim Domino pro prædicto ſancto Roberto; alii ſancti, qui in prædicta requieſcunt Eccleſia, videlicet, S. Remigius, & S. Hugo, ad beneficia fidelibus impendenda ſuſcitantur. Hic vero Robertus bonũ habens zelum ad Dominum, & proximum, licet Canonicos ſuos multum vexaverit, & in religioſos terribiliter fulgurauerit, confidenter tamen dico, quod plus Deo placuerunt ejus virtutes, quam diſplicuerunt ejus Exceſſus. Quod nunc per miracula ad Tumulum ejus manifeſtatur corruſcantia.

Nicolaus Harpsfeldius Hiſtoriæ Anglicanæ ſæculo, 13. pag. 476.

Hugo Wallis vitam produxit ad annum Chriſti 1235 *Quo, Robertus Groſthedius (quem Capitonem appellere Latine credo poſſumus) illi ſurrogatur, qui licet eſſet Capito, non tamen fuit capitoſus; id eſt, duro & obtuſo, ſed acri, acuto, & ſubtili Ingenio. Quanquam in nonnullis viſus eſt quibuſdam Capitoſuiſſe, ſuoque nomini reſpondere; qui eum ut hominem nonnunquam duræ, præfractæ, & præcipitis ſententiæ notarunt. Quod tamen (ſi aliquid id genus in eo fuit) zeli in res honeſtas omnes magnitudo, & ſincera vitæ inculpatæ integritas, (quam nec adverſarii inficiari poterant) obruere facile viſa eſt. Quam Deus etiam miraculis poſt illius obitum teſtari dignatus eſt, &c.*

Antonius

Antonius Poſſeninus, in Apparatu ſacro. p. 343.

Robertus Lincolnienſis Epiſcopus cognomento Grekade, ſive Groſſateſta, inter Philoſophos, & Theologos ſui ſæculi primum locum adeptus eſt. Scripſit,

In Pſalterium ſuccinctos Commentarios.
Summam Theologiæ.
Super libros Dionyſii.
Summam Prænotatam, Numerale.
De Computo Eccleſiaſtico.
Librum, Qui inſcribitur Calendarium.
Summam ſuper libros octo Phyſicorum Ariſtotelis.
Compendium Sphæræ.
Summam Confeſſionis, ſeu, Templum Dei.
Teſtamentum 12 Patriarcharum.

Sixtus Senenſis Biblothecæ Sanctæ. lib. 4, p. 373.

Rupertus Lincolnienſis, cognomento Groſſateſta, inter Philoſophos & Theologos ſui ſæculi primum locum adeptus eſt. Ingenii acumine ſubtiliſſimus, eloquio breviſſimus, & ſententiarum pondere copioſiſſimus.

Conradus Geſnerus, in Appendice Tiguri excuſa Anno 1555.

Robertus Groſthede, Epiſcopus Lincolnenſis, Patrias Sudovolcas ſcripſit

De Divinis Nominibus lib. 1.
Commentarios in Logicam, Phyſicam, Ethicam, & Meteora Ariſtotelis; & in poſteriora ejuſdē.

In

In Aſtrologiam *lib.* 1
De Necromantia & Goetia *lib.* 1
Annotationes in Suidam.
De Arte Compoti.
Teſtamenta Patriarcharum.
De Sphæra Cœleſti.
Compendium Sphæræ.
Expoſitiones in Geneſin, Pſalterium, Lucam.
De Ceſſatione Legalium.
De Diſcretione Spirituum.
De Præceptis & Symbolo.
De Ratione ſtudiorum ſuorum.
De Lineis Phyſicis, & alia plura.

Centuriatores Magdeburgenſes, Cent. 13. cap. 10. pag. 553, *&c.*

Robertus Groſteſt, Latine Capito dictus in Sudovolgia ex infimis parentibus natus, in Galliam ſe contulit, ut linguarum cognitionem ibi acquireret. Reverſus in patriam Legeceſtrienſis Archidiaconus primum, Deinde Lincolnienſis factus eſt Epiſcopus, ſucceſſor Hugonis; ſcripſit quam plurima, nempe, 120 Tractatus, &c.

Johannes Lelandus, Collectaneorum Tomo 4. pag. 217. De ſcriptoribus Angliæ illuſtribus.

Robertus Capito, patria Lingua, Grouteheved, Gallice Groſteſt dictus, ab externis vero Authoribus Rupertus Lincolnienſis natus fuit, atque adeo a teneris annis educatus in Sudovolgia; Nordonienſis Paræciæ provincia, ut teſtis eſt minime malus Nicholaus Trevetus Anglus in ſua Hiſtoria. Cumque jam adoleſcentiæ annos attigiſſet, tam Felici indole erat, tam naturali facundia, tam denique acri, pro ætate, judicio, ut Belloſitum, ſive Oxoniam, Academ-

am,

am, illo tempore literis florentiſſimã a propinquis miſſus ſit. Vbi tanta dexteritate in ſtudiis uſus eſt; ut poſt annos non adeo multos in acutiſſimum Dialecticum, & ſummum Philoſophum evaſerit. Cui rei Joachimus Vadianus Muſtris Author, in ſua Catecheſi, perbelle ſubſcribit, his verbis: Rupertus autem Lincolnienſis ſummi ingenii, & eruditionis minime protritæ philoſophus; poſſem hic quoq; & Trithemii in eadem re calculum adjicere. Sed ſit in præſentia unus Vadianus multorum inſtar. Jam nova, honeſta tamen cupido Roberti Animum ſubivit, ut linguarum cognitioni paulo ſubtilius ſtuderet, ut Galliam inviſeret, communi quadam conſuetudine Anglorum fere omnium qui illis temporibus paulo eruditiores erant. Petiit igitur Lutetiam Pariſiorum, fælici plane ſidere, ut poſtea manifeſtiſſime apparuit. Nam præterquam quod ibidem in Græca Lingua, quam antea guſtaverat, multum profecerit, & linguam Gallicam dubio procul exactiſſime dedicerit, ut liquido apparet ex ejus libro cui Titulus eſt, Le Chaſtiau d' Amours. Theologos fere omnes exactiſſime evolvebat, unde & ipſe talis Theologus factus eſt, qualem vel data antiquitas ſurgentis Chriſtianæ Eccleſiæ pro ſuo agnoviſſet. At quanta nunc cum laude & gloria ad Anglos ſuos reverſus ſit dicendũ eſt; primus illi honor, ſaltem ſplendidus, apud ſuos Anglos fuit, cum pro virtutibus multo maximis electus eſſet Archidiaconus Legerienſis. Mihi certe veriſimile eſt, hanc illi dignitatem ab Hugone, Lincolnienſis Eccleſiæ Epiſcopo, collatam fuiſſe, ſed utcunq; ſit non refert. Hoc ſane conſtat, illum fuiſſe admodum familiarem Simoni Montofortio Comite Ligeriano, homini omnibus virtutibus ornatiſſime, in hoc tamen improbato, quod cum Henrico Tertio, Domino ſuo, civile bellum, geſſerit; A quo, num

honore

honore in aliquo auctus fuerit, non habeo cognitum. Illud mihi cognitiſſimum, quod mortuo Hugone Lincolniano, Robertus, annuente, & merito quidem, Henrico tertio, Epiſcopus electus, & conſecratus fuit. Quam ille Provinciam ita probe, ſincere, & religioſe gubernavit, ut ne Momus certe digne quidpiam in homine reprehendere potuerit. Exactis vero aliquot in Epiſcopatu annis, ad Synebaldum Pontificem Romanum Innocentium quartum vocatum, quo neſcio caſu profectus eſt. Fuit per id tempus, niſi male collego, Synebaldus Lugduni; ferventibus in Italia bellis; & venientem ad ſe, cum literarum, tum virtutis nomine, honorifice accepit hic noſter Robertus: capit Romano & ſuis chariſſimus eſſe, donec quemadmodum ſortem Epiſcopum decuit, in familiaribus colloquiis, & publicis Concionibus faſtum, tyrannidemque ejus obiter, modeſte tamen caſtiguret, Manſit nihilominus Synebaldi, erga Lincolnienſem gratia utcunque intergra. Ille domum reverſus de nocente Innocentio, eandem quam Lugduni cantabat cantilenam, & ulcus acre ſubinde per literas refricavit. Id quod tam ægre tulit Romanus, ſi vera refert Joannes Edmundo Burgenſis, Canobii Abbaſſis ſuis Annalibus, ut Mortuo Lincolnienſi cogitaverit de exhumando ejus cadavere, ſed morte præventum fuiſſe, juſto Dei, judicio, ne tum Larvis pugnaret. Vixit regnantibus in Anglia, Joanne, & Henrico ejus filio: Obiit Anno Chriſti incarnati 1253. Buckduni; & ſepultus fuit Lindi, ſive Linolnia. Non poſſum hic non admonere lectorem, Robertum quam familiariſſime uſum fuiſſe Adamo Mariſco, Franciſcano Theologo, ad unguem erudito. In cujus gratiam moriturus ex teſtamento reliquit quotquot habuit libros; habuit enim ingentem numerum Canobio

nobio Franciſcanorum Oxonienſium; cui Adamus præfuit. Quorum videndi deſiderio plane maximo cum longiuſcule detentus fuiſſem, nuper contigit data juſta occaſione, (nam id temporis fui Oxonii) ut copiam peterem videndi Bibliothecam Franciſcanorum. Ad quod obſtupuerunt Aſini aliquot rudentes, nulli prorſus mortalium licere tam ſanctos additus & receſſus adire, & myſteria videre, niſi Gardiano, (ſic enim præſidem ſuum vocant) & ſacris ſui Collegii Baccalaureis. Sed ego urgebam, & principis diplomate munitus, tantum non coegi, ut ſacraria illa aperirent. Tum unus ex majoribus Aſinis, multa ſubrudens, tandem fores ægre reſeravit. Summe Jupiter Quid ego illic inveni? pulverem autem inveni, Telas aranearum, Tineas, blattas ſitum denique & ſqualorem. Inveni etiam & libros, ſed quos tribus obolis libenter non emerem: ſic mihi quærenti Theſauros Carbones ſe obtulerunt. Atque adeo hæc ſunt ſacroſancta myſteria quidem illa, quæ tam religioſe a Franciſcanis Oxonii obſervantur. Nam Roberti Epiſcopi volumina, & exemplaria omnia, ingenti olim pretio comparata, furto ab ipſis Franciſcanis, huc illuc ex præſcripto commigrantibus, aut, ut verius loquar, vagantibus, ſublata ſunt. Ite nunc Pontifices, & hujuſmodi fratribus, librorum Theſauros conſervandos, ex Teſtamento committite.

Camdenus, in Britannia, Londini edita, 1594. pag. 416.

Robertus Groſteſt, vir in Literis & Linguis, ſupra quam credi poteſt in illa Ætate eruditus, terrificus Papæ redargutor, Regis ſui monitor, & veritatis amator, &c.

Gulielmus

Gulielmus Caxton in Chronico ſuo, ad Annum 1244. Anno 33 Henr. 3 Anglice, ex ſermone illius ævi barbariem ſpirante.

Robert (Groſteſt) far ſoe moche as the 4. Innocent Pope grevy'd the Chyrch of England with Taſkys, and paymentys agayne reaſon, he therefore ſent to him ſharpe Piſtle. This Pope then gave to a childe, a Neveẅ of his, a Chanonry, which fell voyd in the Chyrch of Lincone, and ſent the childe to the Biſhop, charginge him to admit the ſaid childe. The Biſhop boldly denayed the reſſoit of the childe, and wrote to the Pope, that he would not, nor ſhould receave ſuch to the cure of ſowle, that could not rule himſelfe. Therefore this Robert was ſummoned to appeare before the Pope, and aceurſyd; Then he appealed from Innocentis Court, to Chryſtis owne Trone.

Thomas Gaſcoigne MS. in Bibliotheca Bodwana Oxoniæ.

Iſte D. Lincolnienſis, fuit D. ſacræ Theologiæ Oxonienſis, ut patet in Litera Teſtimoniali quam poſt mortem ejus ſcripſit Clarus Oxoniæ. Quod propter magna, & plura miracula, & propter emanationem Olei ab ejus Tumba, Sanctus Robertus in tota Anglia dicebatur.

Joannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis; Operum, Tom. 4.

Sanctum illum (Robertum) paſſim vocant, licet in ſanctorum.

ſanctorum Catalogum pro more ſolenni Curiæ Romanæ non relatum.

Johannes Wickliffe, de vita ſacerdotum: MS. in Bib. Bod. Oxon.

The worthy Clerke, Robert Groſteſt, Biſhop of Lincolne, ſeys in a ſermon that he made to the Pope, That Keepers, or Curatis of ſowles not preaching Chriſtis Goſpel by word, and life, liclye to the werkis of Jeſu Chriſt, and for luf of Chriſten ſowles been deed in himſelf, and ſleers of ſowls, taken to hor Cure; and Antichriſtes and Sathans transfigured into Aungels of light.

Johannes Gower Poeta, Carmine, de quodam Aſtrologo.

For of the great Clerke Groſteſt
I red how redy that he was,
Upon Clergy and Heed of Braſſe,
To make, and forge it for to tell,
Of ſuch thynges as befell.
And ſeven yeares byſineſſe
He layd. but for the lackeſſe
Of halfe a minute of an hour
Fro firſt that he began labour
He loſt all that he had doe.

Elenchus

Elenchus Librorum a Groſteſto Scriptorum; teſtatur enim Baleus eum ſcripſiſſe

De ſacerdotali officio *Lib.* 1
Pro danda Pœnitentia *l.* 2
De Doctrina Cordis *l.* 1
Oculum Moralem *l.* 1
De Luce *l.* 1
De Coloribus *l.* 1
Sermones 37 *l.* 1
De Præceptis & Symbolo *l.* 2
De Venenis vel Peccatis *l.* 1
De Confeſſione *l.* 1
De Lingua humana *l.* 3
In 2 quadragenas Pſalmorum *l.* 2
In Apocalypſin Joannes *l.* 1
Super Evangelia *l.* 4
De præmiis Apoſtolorum *l.* 1
In verba Gabrielis *l.* 1
Dicta Theologica *l.* 1
Difficilia Naturalis Scientiæ *l.* 1
De Sufficientia cauſarum *l.* 1
Theoricam Planetarum *l.* 1
De officio Divino *l.* 1
De Aeris temperie Prognoſtica *l.* 1
De Aſtrolabia *l.* 1
Exameron, de operibus 6 dierum *l.* 1
Homiliarum Volumen *l.* 1
Contra Prælatorum ignaviam *l.* 1
Ad minores de Laude Paupertatis *l.* 1
De Scala Paupertatis *l.* 1
De Originali Peccato *l.* 1
De veritatibus *l.* 1
Conſtitutiones Synodales *l.* 1
Sententias Scripturarum *l.* 1
Summam Juſticiæ *l.* 10
De Dotibus *l.* 1
De Potentia *l.* 1
De Libero Arbitrio *l.* 1
Aliud Opus de Arbitrio *l* 1
De Scientia & Voluntate *l.* 1
Super Prologo Bibliorum *l.* 1
De potentiis Animæ *l.* 1
De Reparatione lapſi *l* 1
Tractatum de Homine *l.* 1
De Agricultura tranſtulit *l.* 1
Pœnitentiale quoddam *l.* 1
In Paulum ad Galetas *l.* 1
De Cura Paſtorali *l.* 1
De forma prima *l.* 1
De Iride *l.* 1
De Cometis *l.* 1
De Utilitate Artium *l.* 1
Compendium Scientiarum *l.* 1
Compendium Civitatis Dei *l.* 1
De Dei Miſericordia & Juſtitia *l.* 1
De locali Dei præſentia *l* 1
Summum Vitiorum Capitalium *l.* 1
De Natura Luminis & Diaphoni *l.* 1
Quæſtiones Elenchorum *l.* 2

Quæſti-

Quæſtiones Priorum *l.* 2
De Lineis Phyſicis *l.* 1
De Impreſſionibus Aris *l.* 1
In Priora Ariſtotelis *l.* 2
In Poſtriora ejuſdem *l.* 2
In Elencha quoque *l.* 2
De Anima humana *l.* 1
De Humilitate Chriſti *l.* 1
Deum fieri Hominem *l.* 1
De Reſurrectione Chriſti *l.* 1
Super Jobi Commentarios *l.* 1
De Sphæra Cœleſti *l.* 1
Summam Theologiæ *l.* 1
Summam Philoſophiæ *l.* 1
In Hierarchiam Dyonifii *l.* 6
De Divinis Nominibus *l.* 1
Calendarium perpulchrum *l.* 1
In Threnos Jeremiæ *l.* 1
Templum Domini *l.* 1
De Arte Computi *l.* 1
De Computo Eccleſiaſtico *l.* 1
Conciones ad Romanum Pontificem *l.* 1
Teſtamenta Patriarcharum Tranſlat. *l.* 1
Commentarios in Logicam *l.* 1
In Prædicamenta Ariſtotelis *l.* 1
De Cœlo & Mundo *l.* 2
De Generatione & Corruptione *l.* 2
Commentarios in Phyſica *l.* 8
Commentarios in Ethica *l.* 10
Sermones Elegantes *l.* 1
De Ceſſatione Legalium *l.* 1
Quæſtiones Ethicorum *l.* 10
Commentarios in Meteora *l.* 4
De Natura Intellectus *l.* 1
Recollectiones Pœnitentiæ *l.* 1
Epiſtolas 127 ad amicos *l.* 1
Epiſtolas familiares *l.* 1
Dictamina 147 *l.* 1
Parvum Catonem *l.* 1
De Lapide Philoſophico *l.* 1
De Necromantica & Goetia *l.* 1
In Aſtrologiam *l.* 1
Annotationes in Suidam *l.* 1
De civilitate Morum *l.* 1
De Poteſtate Paſtorali *l.* 1
Tonitru, contra Curiam Romanam *l.* 1
De pollutione Nocturna *l.* 1
De caſto Amore, Gallice *l.* 1
Aſſertionem virginitatis Mariæ *l.* 1
De Gratia Dei *l.* 1
Suarum Meditationum *l.* 1
Praxin Geometriæ *l.* 1
Theoricam Planetarum *l.* 1
Compendium Sphæræ *l.* 1
Expoſitiones in Genſin *l.* 1
Comentarios in Lucam *l.* 1
De diſcretione Spirituum *l.* 1
De ſuo Studio. *l.* 1
In Boetium de Conſolatione *l.* 5
Contra Luxuriam *l.* 1
In veſperiis Adæ *l.* 1
De Formis ad Adamum *l.* 1
Suidam e Græco tranſtulit *l.* 1
Damaſcenum annotavit *l.* 4
Enchiridion ſcripſit *l.* 1

INCI-

INCIPIT
LINCOLNIENSIS,
DE
Ceſſatione Legalium.

EVerunt plurimi in primitiva Eccleſia qui aſſeruerunt, Sacramenta veteris Legis ſimũl cum Sacramentis novæ legis obſervanda eſſe, nec ſine illorum obſervatione, Salutem eſſe. Quorum ſententia Decreto Apoſtolorum, in eorundem Apoſtolorum Actibus conſcripto reprobata eſt, & a B. Paulo in Epiſtolis ad Rom. & ad Galat. efficaciſſime improbata. Quia igitur ſententiæ ſuæ errorem tam autoritatibus quam argumentis fallacibus potuerunt aſtruere, e quibus argumentis & autoritatibus poſſet fides in infirmorum mentibus vacillare, ponemus quædam quæ eorum ſententiam videntur confirmare, prout (b) occurrerit

(a) *Deeſt in* MS. *& adhuc, deſunt.* M.C.

(b) *Occurrent.* M.C.

parvitati & paucitati ingenii & memoriæ noſtræ. Quibus, pro modulo noſtro, poſitis, & in ſuis locis ſolutis: Ponemus etiam quædam quæ hunc errorem improbent, & legem per Chriſti gratiam evacuatam eſſe confirment.

(c) *Ait itaque.* M. C. (c) Dixit enim Moſes in Exod. 31. 36. Cuſtodiant filii Iſrael Sabbatum, & celebrent illud in regionibus ſuis. Pactum eſt ſempiternum inter me & filios Iſrael, Signumque perpetuum. Sed quommodo eſt cuſtodia & celebratio Sabbati pactum ſempiternum ſi jam evacuatur? Non enim eſt pactum inter aliquos ſempiternum, niſi ſempiterne maneat hoc quod inter ſe pepigerunt. Non enim dicitur Pactum, niſi aut actio pangentium, aut res quæ communi conſenſu pangentium conſtituta eſt. Sed actio pangentium non eſt ſempiterna. Cum enim inter ſe pangentes conſenſerint, tranſit hujuſmodi actio. Igitur, ſi pactum eſt ſempiternum (d) manet id quod inter ſe pepigerunt. Non dicitur autem hic, quid pepigerunt inter ſe Deus & filii Iſrael, niſi cuſtodiam & celebrationem Sabbati. Manet igitur ſempiterna cuſtodia & celebratio Sabbati.

(d) *Sempiterne.* M. C.

Similiter, Si aliquid eſt ſignum perpetuũ, id perpetuo ſignat, & ſi ſignat, eſt: Igitur, ſi eſt perpetuum ſignum, perpetuo eſt; Igitur

Igitur

igitur cuſtodia & celebratio Sabbati, cum ſit ſignum perpetuum, perpetua eſt.

Item, ſi aliquid eſt ſignum alicujus ſignati habentis ſemper eandem & manentem neceſſitatem & utilitatem ut ſignet; hujuſmodi ſigni evacuatio nunquam eſt utilis, ſed ſemper damnoſa: ſi ejus primaria ſignificatio fuit utilis & neceſſaria. Eſt enim nunc & (e) poſt, eadem utilitas & neceſſitas ut hujuſmodi Signatum ſignetur.

(e) *Prim Sel.*

Quod ſi dicat aliquis, Superveniente novo ſigno vetus Signum debere evacuari: quod hoc ſit falſum pluribus exemplis poteſt videri. Non enim nomina ſynonyma poſterius inſtituta ad ſignificandum evacuant ſignificationem nominum ſibi ſynonymorum prius inſtitutorum ad id ſignificandum. Nec lux ſignans ignem evacuat fumum, licet fumus præceſſerit lucem & præfiguraverit ignem. Et cum ſignum apprehenſum imprimat intellectui ſuum ſignatum; multiplicatio autem eiuſdem rei per diverſa ſigna (f) intellectui impreſſa, ejuſdem intellectus eſt expreſſior formatio, & intentionis confirmatio, manifeſtum eſt quod non parum utile eſt ad unum, quod utitur intellectus multitudine ſignorum: præſertim cum illa multitudo nec tanta ſit quod generet confuſionem:

(f) *Intellectu, impreſſiore ejuſdem in intellectu, & expreſſior formatio, &c.*

nec (g) ſit tam averſa ut ſeſe præpediat quoad actum ſubſiſtendi vel ad ſignandi manifeſtationem. Eſt autem Sabbatum datum in ſignum quo cognoſcitur quod Dominus ipſe eſt Deus. Sed manifeſtum eſt verbis Ezechielis Prophetæ 20 12. Ut dicit ex ore Domini: *Sabbata mea dedi eis ut eſſent Signum inter Me & eos, & ſcirent (l) quod ego Dominus ſanctificans eos.* (k) Item Paulo poſt, *Sabbata mea ſanctificate, ut ſit Signum inter me & inter vos, & ſciatis quia ego Deus veſter*, &c. Cum enim dixit Sabbatum eſſe Signum: ſtatim exponens adjungit, *Quia ſcientiam ſignificando facit*; Sed hoc ſcire ſemper & perpetuo eſt maxime utile & neceſſarium. * Noſſe enim Dominum, ſenſus eſt conſummatus: Quapropter, Hoc eſt maxime utile & neceſſarium, ſemper & manifeſtiſſime ſignari. Igitur ſignatur nunc tempore gratiæ. Igitur ſive nunc ſupervenerit ejuſdem rei novum Signum, ſive non, vetus hujuſmodi Signum non debet evacuari, ſi ei non adverſetur novũ Signum quoad exiſtendi vel ſignandi actum. Sed, non eſt aliquod Sacramentum in Teſtamento Novo (m) cui adverſetur Sabbati celebratio & vera ſignificatio: Nulla eſt igitur ratio cur evacuetur Sabbati celebratio & ſignificatio: Sed magis, cum ejus ſignificatio ſit communiter

(g) *Sibi.* M.C.

(h) *Ubi.* M.C.

(i) *Quia.* M.C.

(k) *Et ibidem.* M.C.

(l) *Scilicet.*

* Sap: 6. 14.

(m) *Quod adverſetur Sabbato, vel cui adverſetur Sabbati celebratio.*

muiter utilis ; & Deus ſumne bonus faciat ſemper quod eſt optimum in ordine Univerſitatis ; minimeque ratio ſit apud ſummam Rationem efficax ut melius fiat : neceſſarium videtur Sabbati ſignificationem nunquam evacuari.

Quod ſi aliquis dictas Authoritates aliter exponat, vel ſine myſterio ſive myſtice, ut ſic evadat prædictas objectiones ; ſic ei poterit obviari. Optimus doctor tali ſermone docet quali evidentius ſignatur hoc quod vult docere audientem, quam aliquid aliud : Si enim aliud evidentius ſignatur quam id quod docere intendit ; non eſt optimus doctor ſed magis, aut imperitus aut deceptor. Et, ſi optimus doctor per eundem ſermonem velit docere plura, hoc de illis pluribus per ſuum ſermonem ſignabit evidentius quod vult ab audienti intelligi citius : Autor autem dictarum autoritatum eſt Doctor optimus : Igitur quod per ſuum ſermonem ſignatur evidentius, hoc vult a nobis per eundem ſermonem intelligi citius: Signat autem per prædictas autoritates evidentiſſime, quod cuſtodia & celebratio Sabbati ſit præcepta ut ſit perpetua, & ſignum perpetuum ; quod intelligendum eſt, quod Dominus ipſe eſt Deus. (o) Hoc igitur per prædictas autoritates voluit nos Ipſe Legis Autor docere.

(n) *Deſunt in MS.* M. C.

(o) *Et hoc tibi.*

Item, de Circumcisione dixit Deus ad
* Gen. 17. 13. Abraham, * *Erit Pactum meum in carne vestra in fœdus æternum*; Sed *quomodo erit in fœdus æternum, si ipsum non est æternum?*

Item, Si præcipit Dominus servo suo aliquam operationem, non determinans finitionem illi operationi, non debet servus hujusmodi operationi finem imponere: Præcepit autem Dominus carnali Israel sicut servo suo operationem Circumcisionis, non determinans Circumcisioni finem; imo magis tollens (p) ejus finem, cum præcipit illam fieri in fœdus æternum, & in signum æterni fœderis; Igitur non debet aliquando cessare a circumcidendo.

(p) Ei. M. C.

Nec solum carnali Israel videtur sic præcepta Circumcisio: sed etiam aliis qui non sunt de semine Abrahami. Ait enim Deus ad Abraham. *Infans octo dierum circumcidetur in vobis: Omne masculinum in generationibus vestris tam vernaculus quam emptitius circumcidetur: & quicunque non fuerit de stirpe vestra.* Igitur & his qui non sunt de stirpe Abraham præcipitur Circumcisio sine termini præfinitione vel magis cum termini ablatione: Sine termino igitur ab omnibus est servanda Circumcisio.

(q) *Non moralibus* S. Deut. 2. 7. 1. 26. 1. 15.

Item, recitatis in Deuteronomio mandatis tam moralibus quam (q) Ceremonialibus

nialibus præcipit Moſes & Seniores Iſrael (r) populis, dicentes, Cuſtodite omne Mandatum quod præcipio vobis hodie. Et Paulo poſt. Secundum Septuaginta. Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro hujus legis, ut faciat ea. Et iterum inferius. Quod ſi audire nolueris (s) vocem Domini Dei tui, ut cuſtodias & facias omnia mandata ejus & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie; venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ & apprehendent te: Maledictus eris in Civitate, &c. Omne igitur Mandatum tam Ceremoniale, quam Morale præcipit indifferenter obſervandum, ſine termini præfinitione, & maledictioni ſubjicit omnem tranſgredientem vel unum de Mandatis, nullum excipiens hominem aut Mandatum: Omne igitur indifferenter ſine termino eſt obſervandum.

(r) *Populo.* M.C.

(s) *Legem.* M.C.

Item, ſecundum Auguſtinum; duplex eſt Lex; *viz.* Temporalis & Æterna, & illa quæ Temporalis eſt juſte poteſt commutari per (t) tempora: Æternæ vero legi ſemper eſt obtemperandum. In Levitico autem dicitur de Sabbato: * Omne opus ſervile non facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit in cunctis generationibus veſtris & habitaculis. Igitur (u) legitimum Sabbatum non eſt Temporale ſed

(t) *Varia.* M.C.

* Levit: 28.

(u) *Legitime Sabbati* M.C.

omnibus & ubique ſemper tenendum. Igitur ſemper ei obtemperandum: Si enim juſte commutari poſſet Lex Sabbati, debuit dixiſſe legitimum temporale, non Legitimum ſempiternum.

*Act.18. 29. Item, ante legem *in lege, & poſt legem in Decreto *Apoſtolorum prohibita

(x) *Et* M. C. eſt ſanguinis comeſtio: Sangüinis igitur eſus omni tempore eſt illicitus: præſertim cum cauſa non comedendi ſanguinis in lege ſit expreſſa; *viz.* quod Anima carnis in ſanguine eſt. Exiſtente autem cauſa, effectus debet eſſe: Hæc autem cauſa ſemper eſt; Igitur effectus ejus ſemper eſſe debet.

Hæ igitur Autoritates & hujuſmodi,

(u) *Et non neceſſarium.* quas longum eſſet enumerare (*y*)quæ ſcilicet præcipiunt Legalium obſervationem, vel ſine termini præfinitione, vel cum ſempiternitatis adjunctione, videntur aſtruere Legalia perpetuo eſſe obſervanda.

Poſſit autem ad probandum idem (ut patet ex epiſtola Marcellini ad Auguſtinum) hujuſmodi afferri Argumentum. *Deus qui veteris Teſtamenti* (z) *Deus eſſe firmatur non debet ſpretis veteribus Sacrificiis delectari novis.* Nihil enim corrigi poteſt niſi quod ante factum non recte probatur. Quod enim ſemel recte factum eſt nullatenus mutari debet: maximeque quod illa

(y) *Deus eſt, & firmator.*

varietas

varietas inconſtantiam Domini poſſit arguere. Plato quoque in Timæo oſtendit ſtellas eſſe immortales, hoc medio quia bona ratione junctæ atque modulatæ ſunt. Ait enim (*a*) Dii deorum quorum Opifex idem Pater & ego: Opera quidem vos mea diſſolubilia Natura, me tamen volente indiſſolubilia. Omne quidem quod junctum eſt natura eſt diſſolubile: At vero quod bona ratione junctum atque modulatum eſt, diſſolvi velle, non eſt Dei. Quapropter? Quia facti generatique eſtis mortales quidem nequaquam nec omnino indiſſolubiles; nec tamen unquam diſſolvemini, nec mortis neceſſitatem ſubibitis; quia voluntas mea major eſt nexus & vegetatior ad æternitatis cuſtodiam, quam illi nexus vitales ex quibus eſt vita veſtra coagmentata atque compoſita.

(a) *Divinorum, eorum Opifex Pater quod ego quiſit.*

Secundum hanc itaque ratiocinationem Platonis patet quod idē quod bona ratione junctū atq; modulatum eſt, licet ſit natura diſſolubile quia compoſitum & finibile, quia generatum & initiatum, nunquam tamen diſſolvetur aut finietur quia congruit bonitati volùntatis Dēi ſervare in eſſe perpetuo quod non habet neceſſitatem ad corruptionem; (*b*) quemadmodum ſcribitur in libro Sapientiæ 1. 13. 14. *Deus mortem non fecit, nec lætabitur in perditione vivorum.*

(b) *Liber ſcil.*

vivorum. Creavit enim ut eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum. Et ſicut Apoſtolus ait de Dei Filio D. N. Jeſu Chriſto per quem facta ſunt omnia. Non fuit in Illo Eſt & Non, ſed eſt in Illo fuit ſolummodo. Igitur, Eſſe & non Eſſe a Domino eſt: Solaque iſta recedunt in Non-Eſſe quæ habent in Se neceſſitatem ad corruptionem: Quæ itaque ſic compoſita ſunt, ut in ſe non habeant neceſſitatem ad corruptionem, bona ratione compoſita eſſe dicuntur a Platone. Non habent in ſe neceſſitatem ad corruptionē, niſi quæ ſunt compoſita ex contrariis, aut quæ ſunt contraria, aut quæ egent neceſſario deferente corruptibili. Lex autem vetus ex contrariis compoſita non eſt, nec habet aliquid contrarium, quia hoc genus rei non recipit contrarietatem, (*c*) ut veri & falſi, & æqui & iniqui. In lege autem nulla eſt falſitas aut iniquitas; ſed (*d*) videtur in ea veritas & æquitas. Ait enim Propheta, Lex tua veritas. Et alibi, Omnia mandata tua æquitas. Et Apoſtolus ait, Itaq; Lex quidem Sancta, &, mandatum Sanctum, & juſtum & bonum. Nec eget lex neceſſario aliquo deferente corruptibili. Subjectū enim Legis eſt Humanum Genus & Anima Hominis. (*e*) Moralis lex itaq; ea ratione non corrumpitur nec finitur, quia corpora cœleſtia nunquam corrupta eſſe monſtrantur. Iterum.

(c) *Niſi.* M.C.

(d) *Ubiq;* M.C.

(e) *Immortalit.* M.C.

Iterum. Si quis apponeret tectum alicujus ædificii & conſummationem, conſummatumque (*f*) deſtrueret; ille adimpleret ædificium, & adimpletum ſolveret; Dominus autem legem adimplevit & non ſolvit. Ipſe namque ait, Nolite putare quoniam veni ſolvere legem aut Prophetas: non veni ſolvere, ſed adimplere. Amen, dico vobis, Donec tranſeat Cœlum & Terra, iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. Igitur, ut dictum eſt, Dominus adimplet legem & non ſolvit. Quod ſi Ipſe non ſolverit eam, nec alius. Lex itaque, adimpleta, & non ſoluta eſt. Stat itaque lex & permanet. (*g*) Permanentiam quoque legis atteſtatur hoc quod dicit, Donec tranſeat Cœlum & Terra, iota unum, aut unus apex non præteribit a lege. Cœlum namq; & Terra in mundi conſummatione tranſibūnt, quando fiet Cœlum novum & nova terra. Igitur minimum legis non decidet a lege, vel præteribit, donec veniat mundi conſummatio. Et quaſi prævidens Dominus legis adverſarios & evacuatores, & non quidem totius legis, ſed partis legis, hoc eſt, Ceremonialium deſtructores; ad confirmationem permanentiæ legis integraliter uſque in finem ſeculi, affert quoddam juramentum (*h*) Dominus, Amen dico vobis

(f) *Statim.* M. C.

(g) *Permanentiæ.* M. C.

(h) *Dicens.* M. C.

vobis. Et inſinuans, quod nihil integritatis ejus deperibit, ait *Iota unum aut unus apex non præteribit a lege.* Quando autem Dominus dixit, *Iota unum, aut unus apex non præterribit a Lege*, adhuc erant in Præcepto Ceremoniali quæ durabant uſq; ad Chriſti Paſſionem. Integritas itaque Legis erat Totum quod in (*i*) Præcepto continebatur: ſcilicet, tam hiſtoricus ſenſus Ceremonialis quam intellectus Spiritualis. Hiſtoricus autem ſenſus multo amplius eſt de lege quam unum iota aut unus apex. Igitur ſi nec unum iota tranſibit donec tranſeat cœlum & terra: multo fortius nec hiſtoricus ſenſus tranſibit donec tranſeat cœlum & terra. Quum enim Dominus dixit, *Nil legis deſiturum donec tranſeat cœlum; pars legis ceremonialis fuit obſervata.*

(h) Lege, &c. MC.

Iterum. Quis ſapiens ædificium quod conſummat, conſummatum ſtatim deſtruit? Si enim in brevi deſtruere deliberat; ad quid id conſummat? Cum igitur Dei Filius ſit ſumma ſapientia, Legem quam Ipſe conſummavit non continuo deſtruit.

Ad reſpondendum quoque ad has objectiones, non congruit afferre aſſertiones Doctorum

Doctorum Apoſtolicorum aut Expoſitorum ſacrorum; quia hæ opiniones ſunt diſputantium contra ipſos Apoſtolos & contra Expoſitores noſtros Catholicos, contra omnes ſolventes Ceremonialia, qui non poſſent in reſpondendo ſe tueri ſua ſimplici aſſertione; *viz.* Expoſitione anthoritatum veteris Teſtamenti & Evangelii, quam expoſitionem non confirmarent vel irrefragabili ratione; vel evidenti Legis veteris aut Evangelii atteſtatione. Nos itaque in hac diſputatione gerentes Perſonam Apoſtolorum & Expoſitorum ſolventium & deſtruentium Ceremonialia; Non poſſumus pro Reſponſione (*k*) aſſerere aliquid contra volentes probare Ceremonialium obſervantiam quod non poſſimus vel irrefragabili ratione, vel evidenti veteris Legis aut Evangelii autoritate firmum oſtendere.

(k) *Aſſerere.* MC.

Iterum. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ipſe ambulavit, & ille ambulare. Paſſus eſt enim, nobis relinquens exemplum, ut ſequamur veſtigia Ejus. Omnis enim Chriſti Actio noſtra eſt Lectio; ut in ejus Actione omnino diſcamus quid nos ad ejus imitationem agere debeamus. Gregorius quoq; in Dialo-

go

go dicit, Redemptor noſter per mortale corpus omne quod egit hoc nobis in exemplo præbuit, ut pro noſtrarum virium modulo ejus veſtigia ſequentes, inoffenſo pede (*l*) operis præſentis vitæ (*m*) carpamus viam. Atqui Chriſtus obſervavit Sacramenta Veteris legis ſimul cum Sacramentis Evangelii. Circumciſus enim & baptizatus erat: Agnum Paſchalem comedit, & Corpus ſuum commedendum diſcipulis tradidit: Nos igitur ad ejus exemplum & imitationem utriuſque Teſtamenti Sacramenta obſervare tenemur. Quæ namque differentia ut in aliis imitemur ipſum, & non in iſto?

(l) *Deeſt.* M. C.

(m) *Capiamus.* M. C.

His itaque & hujuſmodi rationibus & forte multo congruentioribus quæ mei ingenii parvitatem latent, potuerunt pſeudapoſtoli ſuam aſſertionem aſtruere, de obſervandis legalibus cum Sacramentis Evangelii: Hujuſmodi igitur pſeudapoſtoli Adverſarii ſunt utriuſque Teſtamenti, quia dum volent utrumque ſimul obſervare utrumque deſtruunt.

Sunt quoque & alterius modi Adverſarii Sacræ Scripturæ: quidam vero ſcienter, quidam ignoranter: Scienter namque adverſantur quidam Sacræ paginæ, ut Manechæi & Marrionitæ, qui legem Prophetaſque condemnant: ut & ille Adverſarius

legis

legis & Prophetarum qui dicit quod Deus legis quæ data eſt per Moſem & Prophetarum ad eandem legem pertinentium non ſit verus Deus ſed peſſimus Dœmon: Contra quem ſcripſit Auguſtinus librum intitulatum: (Contra Adverſarium legis & Propetarum.) Hi conantur aſtruere, vel falſa eſſe plurima quæ in ſacra pagina ſcripta ſunt, vel crudelia & iniqua, vel obſcœna & turpia; vel vana, utilitate et ratione carentia, qualium non convenit Dominum eſſe Autorem; cum ipſe ſit Summa veritas, benignitas, æquitas, munditia et pulchritudo, utilitas et plenitudo et totus Ratio.

Hujuſmodi Adverſariorum contra Scripturæ puritatem calumniæ innumerabiles ſunt. Vix enim inveniri poſſet vel parva Scripturæ particula in quam non poſſet fabricare calumniam aſtutia verſipellis et impia. Unde, ſupra modum laborioſum eſſet et prolixum, inveſtigare et ſolvere calumnias hujuſmodi Adverſariorum, quas contra Scripturam afferunt vel attulerunt, vel (*n*) aſtruere potuerunt. Sed ad impias calumnias, ſiquidem impias impie protulerunt, impigre et pie eſt reſpondendum: ſicut fecit Auguſtinus in libro de quo diximus intitulato, (Contra adverſarium legis et Prophetarum) illius Adverſarii ſingulas

(n) *Afferre.* M. C.

gulas blaſphemias calumniaſque ſigillatim reſpondens.

Ignoranter quoque adverſantur ſacræ Paginæ quidam habentes Scripturæ notitiam: & quidam iſtam penitus ignorantes. Quidam namque habentes Scripturæ notitiam, per ſuperbiæ faſtum incidunt in Hæreſin, ignorantes tamen quod hæreſis ſua Scripturæ ſit contraria, quinimo plerumque conantes & putantes ex ipſa Scriptura ſuam hæreſin aſtruere. Alii vero Scripturæ carentes notitia aſtruunt plurima Scripturæ contraria: utpote Philoſophi, qui dixerunt Mundum carere Temporis initio & eſſe ſempiternum: qui dixerunt Animas reverti in alia & alia corpora: vel, qui dixerunt unicam eſſe animam totius mundi & omnium Animantium: & alia his ſimilia. Horum iterum, errores inveſtigare vel etiam enumerare & improbare, & eorum argutias ſolvere ſupra modum prolixum eſt & difficile. Hoc namque eſſet contra omnes hæreſes, & philoſophorum impios errores diſputare.

Sunt adhuc vel eſſe poſſunt alii Scripturæ Adverſarii qui dicant quod non oportuit unquam veterem legem fuiſſe (o) primo: Imo, quod magis congrueret, illam nunquam fuiſſe. Cum enim Filii Dei incarnatio & incarnati Paſſio ſit maximum

) Deeſt i 18. M. (.

mum Beneficium Humano generi præſtitum; congruere videtur, & videri poſſit, quod hoc tantum Beneficium a tanto *Largitore*, poſt humani generis lapſum, quanto citius fuiſſet præſtitum, tanto fuiſſet melius. "Bonum namque quod diuturnius eſt, melius eſt. "Et omne beneficium quanto præſtatur citius, & cum rogationibus paucioribus, tanto eſt liberalius, gratius, acceptius, laudabilius; *Liberatio autem Humani generis*, & (o) apertio januæ *Paradiſi per Chriſti Paſſionem*, quanto citius poſt lapſum hominis fuiſſet facta, tanto diuturnior fuiſſet, & ita melior: Congruit autem ut beneficium optimi largitoris ſit in genere beneficium optimum: congruit igitur ut beneficium *Redemptionis* humani generis a *Filio Dei*, largitore optimo non fuiſſet dilatum, ſed quanto ocyus collatum, ut ex circumſtantia temporis ſit augmentatio bonitatis beneficii & ejuſdem prætioſitatis: Sicut enim colligi poteſt ex verbis *Senecæ* in libro de *Beneficiis*, *Beneficia* plerumque quæ parum ſunt prætioſa in ſe, ex circumſtantia temporis fiunt pretioſiora. Et apud Solomonem ſcriptum eſt, *Ne dicas amico tuo vade & revertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare.* Dilatio namque beneficii optati & ſperati affligit animam, ſicut ſcriptum eſt, *Spes quæ differ-*

(o) *aperitio* Sel.

* Prov: 28. 3. *tur affligit animam.* Et ſic ipſa (q) expectatione animi afflictio eſt boni expectati quædam emptio & pretioſitatis beneficii diminutio. Debuit igitur beneficium liberationis humani generis datum fuiſſe ante tempus Legis, cum Dei Filius hujus Beneficii largitor ſcivit & potuit ante tempus Legis id præſtitiſſe. Et, ſi præſtitum ante legem fuiſſet; lex ſemper ſupervacua fuiſſet.

(q) *In.* M. C.

Hæc & hujuſmodi latrantes obſtrepunt S. literarum Adverſarii: Igitur ut magis clareſcat quam evanida ſunt hujuſmodi calumniarum phantaſmata; & quod Ceremonialium veteris legis obſervatio nunc tempore Gratiæ ſit non ſolum ſupervacua ſed & pernicioſa: quorum tamen obſervatio ante tempus Gratiæ fuit utilis, & rudi duroque populo neceſſaria, & etiam utramq; legem ſcriptam debuit antecedere lex naturalis non-ſcripta, paulo altius exordiendum (r) videtur.

(r) *Dicimuſque quod.* M. C.

" *Omnis creatura* (s) *naturalis naturaliter appetit eſſe beata.* Ut enim aſſerit Auguſtinus in (t) lib. 3. de Trinitate, *Hoc eſt communis omnium voluntas, a qua nullus recedit, quæ omnibus & in omnibus nota eſt.* Unde ex conditionis ſuæ bono poſſet eſſe bona: alioquin neceſſario eſſet (u) miſera. Eſſet quoque aliquid creatum fruſtra cum finis cujuſvis

(s) *rationalis.* M. C.

(t) *Lib:* 13. M. C.

(u) *Natura* M. C.

cujuſvis (x) appetitus naturalis ſit bonum comprehenſum, quo inhiat idem appetitus: Cujus Boni comprehenſione ſi neceſſario caret, fruſtra eſt idem appetitus. Beatitudo autem eſt habere omnia quæ quis vult, & nil mali velle, quod non completur in rationali creatura, niſi cum pura intelligentia in lumine increato videt ipſum lumen increatum: & in rationibus creaturarum omnium increatis, in lumine increato æternaliter expreſſis. Videt etiam omnes creaturas, diligitque amore ordinato tam cognitum ſine (y) nubilo creatorem, quam creaturas ſingulas & univerſas: hujuſque diligentis cognitionis, vel cognoſcentis dilectionis, id eſt fruitionis retinendæ ſine viciſſitudinis interpellatione, ſine diminutionis remiſſione, ſine termini finitione habeat firmiſſimam certitudinem. Hæc quoque beatitudinis plenitudo non poſſit eſſe homini (z) ut gravatur corpore corruptibili, neque Animæ humanæ (a) exeunte a Corpore naturaliter deſiderandi in creato veſtiri corpore facto incorruptibili, priuſquam in creato re-indueret illud. Hæc igitur beatitudinis plenitudo non poſſit adeſſe homini priuſquam veniat corporum *generalis Reſurrectio*. Non poſſit igitur homo per ſe beatitudinem acquirere, quia non poſſit per

(x) *Semper appetens & miſera, quia nunquam apprehedens.* M.C.

(y) *Nebula* Sel.

(z) *Dum.* M.C.

(a) *Exuta.* M. C.

ſe a morte reſurgere. Si ſtetiſſet tamen homo ſine peccato, perveniſſet ad hanc beatudinem plenam, neque corpore mortuo, neque reſuſcitato.

Non poſſit etiam aliqna ratione *rationalis creatura* per ſe ſolùm hujus beatitudinis plenitudinem acquirere. Ex eo enim quod creatura facta eſt ex nihilo, poſſibile eſt deficere, & ad nihilum redire ſicut patet ex ſupra-dicta *Platonis* authoritate *Auguſtinus* quoque in epiſtola ad *Dioſcorum* ait, *Colligitur, non ob aliud res deficere vel poſſe deficere, niſi quod ex nihilo factæ ſunt, ut quod in eis eſt quod ſunt & manent, & (b) perfectionibus ſuis ad Univerſitatis complexum ordinantur, ad Dei voluntatem omnino potentiamque pertineat, qui ſumme-bonus eſt Conditor, qui potens eſt etiam ex nihilo non tantum aliquid, ſed & magnum aliquid facere.* Iterum. In duodecimo libro (*de Civitate Dei.*) *Si potentiam ſuam (ut ita dicam) fabricatoriam Deus rebus ſubtrahat, ita non erunt ſicut antea quam fierent, non fuerunt: ſed, antea dico æternitate non tempore.* Iterum, idem *Auguſtinus* in eodem libro, *Vitio depravari niſi ex nihilo facta Natura non poſſe, at per hoc, ut Natura ſit, ex eo habet quod a Deo (c) facta: ut autem, ab eo quod eſt, deficiat, ex hoc quod de nihilo facta eſt.*

(b) Profectibus. Sel.

(c) Facta eſt. M. C. N.B.

Non poſſit igitur per ſe ſolam rationalis creatura

creatura recipere firmiſſimam certitudide ſuæ fruitionis non minuendæ perpetuitate: Non poſsit igitur per ſe ſolam beata eſſe. Propterea dicta *beatitudinis plenitudo* eſt Infinitum quiddam. Eſt enim in ea rationum increatarum infinitarum cognitio: ſimiliter quoque numerorum infinitorum & figuraram & per ſe accidentium in his continuatio *Dei* quoque non aliquanta communi major dilectio aliorumque cognitorum, quoniam, ut dictum eſt, ſunt infinita ſingulorum & omnium ordinata dilectio. Quæ dilectio ſciens ſeu ſcientia diligens non poſsit eſſe finita cum per ſingula infinitorum cognitorum & dilectorum ſit partita, & ſine fine menſura. Omnis autem creata potentia finita eſt, ita *viz:* quod non poſſit ex ſe producere aliquid infinitum magnitudine vel intenſione. Utrum autem aliqua creata potentia potens ſit in infinitum ſola duratione, poſſit & aliquis dubitare: Nullus tamen dubitat quin creata potentia finita ſit, ut non poſſit in infinitum quantitate vel intenſione. Finita igitur potentia per ſe ſolam non poſſit aliquid infinitum. Hæc poſsit igitur rationalis creatura per ſe ſolam acquirere dictam Beatitudinis plenitudinem, cum ipſa plenitudo in ſe claudat (*d*) infinitum; ut igitur rationalis creatura plene beata fiat

(d) *Infinitatem.* M. C.

oportet eam unificare *Virtuti increatæ infinitæ* tribuenti ei beatitudins infinitam plenitudinem. Non possit ergo rationalis creatura habere beatitudinem nisi ex collatione *Dei*, qui solus est omnino infinita virtus ex qua,& per quam, & in qua ipsa creatura finitæ virtutis percipiat actum beatitudinis infinitum. Sed (e) cum rationalis creatura liberum habeat arbitrium teneaturq; spontanee suo obedire creatori; injustum esset & inordinatum *Beatitudinis bonum* tribui rationali creaturæ inobedienti,vel etiam antequam spontaneum actum obedientiæ præstitisset suo Creatori. Ergo cum *Deus* sit summe justus omniaq; faciat ordinatissime ; non conferet rationali creaturæ beatitudinem priusquam ipsa præstiterit illi actum liberi arbitrii obedientē. Igitur ut beata sit promeretur obedientia, congruitq; immensæ bonitati divinæ beatitudinis plenitudine humilitatem obedientiæ remunerare.

(e) *cum.* M.C.

Sed forte dicet aliquis quod satis congrueret bonitati & largitati Divinæ dare beatitudinem plenam rationali creaturæ tantummodo stanti in Bono creationis suæ, hoc est, stanti solum in libero arbitrio, & nondum agenti aliqnid ex libero arbitrio ; Actus namque liberi Arbitrii propriæ potestatis est & non de essentia creationis.

(f) Statim

(*f*) Statim igitur in poteſtate, quæ eſt libertas arbitrii abſque actu (dicet aliquis) congruere beatitudinis collationem. (f) *Stanti* M.C.

Sed hoc falſum eſſe evidenter apparet: quia *Deus* otioſitatem non approbat, ſed potius condemnat. Natura namq; nil otioſum facit, neq; unquam eſt otioſa. *Vitiũ* quoq; eſt ipſa otioſitas. Non facere namq; bonum cum poſſis, minutio eſt *bonitatis* quæ omnino expers eſſe non poteſt vitioſitatis. Si autem rationalis creatura in primordio condita, aliquandiu ſtetiſſet, (*g*) illaq; nullum actum ex libero arbitrio ſuo exercuiſſet, interim otioſa fuiſſet: præſertim cum facilime poſſet actum bonum exercuiſſe, Gratia ſibi cooperante, nunquam, ſi vellet, abſente. Otioſo igitur, ac per hoc, vitioſo & a *veritate* non approbato, ſed potius improbato (ait enim ipſa *veritas*, *Nos redituros rationem de omni verbo otioſo*) tali, inquam, dari beatitudinem incongruum eſſet *Divinæ Juſtitiæ*. Præterea ſi creatura rationalis non proficeret ſtatim in bono per voluntarium actum liberi arbitrii, non ſtaret in eo quod in Creatione accepit. Qui enim accepit poteſtatem in eo quod accipit poteſtatem, accipit etiam ut agat ex eadem poteſtate, exiſtenti agendi opportunitate. Et qui bene dat illam, ſic dat illam, ut Recipiens agat ex illa poteſtate cum habuerit agendi opportunitatem. (g) *Itaque.* M.C. *Matth.* 12. 36.

Qui igitur ex accepta poteſtate non agit cum adeſſet agendi opportunitas, non perſtat in eo quod accepit, ſed magis cadit ab eo, & etiam abutitur illa poteſtate cum poſsit illa bene uti, & tamen non vult eadem uti. Unde, non ſolum non meretur præmium, ſed magis meretur pœnam, & ut privetur poteſtate recepta. Rationalis creatura ſtatim in primordio ſuæ conditionis habuit opportunitatem bene operandi per acceptam poteſtatem liberi arbitrii. Non enim ei denegavit liberalitas Creatoris gratiæ ſuæ præſentiam, qua præſente opportune potuit per liberi arbitrii poteſtatem actum amoris ſui in Deum ſupra omnia convertere, & in Proximum ſicut in Se. Si igitur hæc ſtatim non egit, nec in eo quod accepit ſtetit, nec recepta poteſtate bene uſa eſt, ſed Potius abuſa. Quemadmodum Color viſibilis ſi ſuperfuſa ſibi luce *Solis* non generaret ſpeciem ſuam in aere oppoſito, nec in oculo objecto, non ſtaret in eo quod accepit: accepit enim hoc, ut, ſuperfuſa ſibi *Solis* luce generet ſe in oppoſito perſpicuo: Sic & libertas arbitrii, hoc accepit, ut præſente ſibi gratia, erumpat in Actum ordinatæ dilectionis.

Iterum, dignitas ut quid laudetur non poſsit eſſe parvum *Bonum*, cum non ſit aliquid laudabile niſi ex *Bono*. Unde in hujus

jus dignitatis intenſione magnum eſt *Bonum*: Sed, ſi daretur creaturæ rationali beatitudo antequam ipſa per actum liberi arbitrii obediſſet *Deo* minùs eſſet laudabile, quam ſi conferretur ei pro ſuæ laudabilis actionis *merito*. Laudabilius namque eſt laudabili actione aliqua promeruiſſe, quam cum vacatione otioſa idem recepiſſe. Ut igitur rationalis creatura plene eſſet laudabilis, oportuit ut non reciperet beatitudinem, niſi poſt meritoriam actionem. Nec congruebat largitati *Divinæ*, ſubtrahere creaturæ ſuæ unde poſſet laudabilior eſſe, Si autem ſubtraxiſſet illi occaſionem promerendi beatitudinem per ejuſdem collationem, ante *Meritum*; ſubtraxiſſet illi unde poſſet laudabilior fieri: & ſic non eſſet largiſſimus quia non conferret omne *Bonum* quod congruenter conferre poſſet. Rex namque illi militi majus confert *Beneficium* cui majorem præſtat occaſionem promerendi *Victoriæ Bravium*. Non congruit igitur largitati *Divinæ*, occaſionem promerendi beatitudinem tollere. Nec eſt conſonum Ordini, ut nondum laudabili conferatur beatitudo: præſertim cum beatitudinis actio ſit, *Deum ſine fine laudare*: Hoc enim facientes, id eſt, laudantes, beati erimus. Sicut dicit *B. Auguſtinus*. Patet igitur quod non eſt conferenda beatitudo rationali creaturæ niſi ex *obedientiæ merito*.

Obedientia

Obedientia autem eſt *virtus* qua ex *Dilectione* fiunt *Præcepta*. Sunt autem *Præcepta duplicia*. Quædam enim Præceptorum eſſentialiter juſta ſunt, vel per ſe nota ſunt eſſe juſta; vel ſtatim ex per ſe notis putari poſſunt eſſe juſta: qualia ſunt, *Diliges Deum ex omnibus viribus tuis*. Et *Honora patrem, & matrem* Et *Non occides*; & hujuſmodi Quædam, vero neq; ſunt eſſentialiter juſta neq; injuſta, ſed in ſemetipſis indifferentia; quæ ſolum ex Præcipientis autoritate fiunt debita & juſta: quale eſt illud, *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas*. Et illud, *Non arabis in bove & aſino*. Et hujuſmodi. Præceptorum vero primi generis, id eſt, eſſentialiter juſtorum præceptorum collectio tota eſt. Lex naturalis eſſentialiter enim & naturaliter juſta eſt, & naturaliter congruit unicuiq; rationali creaturæ illam perficere ſecundum actus ſpeciei ſuæ congruentes. Aliorum vero Præceptorum collectio dici poteſt *Lex factorum*; Omnis vero rationalis creatura conſiderata in ſtatu conditionis ſuæ primariæ, non corrupta per peccatum, id eſt, averſionem a *Summo Bono*, ductu Rationis propria non corruptæ potuit totam legem naturalem cognoſcere, mentiq; ſuæ ratiocinando ſine labore & mora ſtatim inſcribere, & inſcriptam in Tabulis Cordis ſine oblivione retinere. Nec ſolum præce-

Gen: 2. Deut: 22. 10.

pta

pta legis naturalis ſic potuit agnoſcere, ſed etiam obſervatores legis naturalis & legis factorum, eſſe beatitudine remunerandos; tranſgreſſores vero punitione dignos. *Rationalis* igitur creatura conſiderata in ſtatu conditionis ſuæ incorruptæ non eget aliqua lege exterius ſcripta, cum *Lex* naturalis ductu propriæ Rationis menti ſuæ inobliviſciter inſcribatur. Et ſi quid de lege factorum ſibi præceptum fuerit, poſſit etiam id ſine difficultate intelligere, & ſine oblivione retinere. Superflua igitur eſſet ei *Lex* aliqua exterius ſcripta: & ſuperfluum eſſet *legem naturalem* ei ab extra dictari. *Lex* tamen factorũ debet ei ab extra dictari. Non enim ſcire poſſet quid de indifferentibus vel, et autor ſuus ipſam agere, niſi illud eidem dictaret, nec majorem haberet rationẽ faciendi quam non faciendi niſi autor id expreſſe præciperet. De *lege* autem naturali, ductu rationis ſcire potuerit quod Autor eam fieri voluit, cum naturaliter & per ſe juſta ſit, & ipſam obſervari debere, naturaliter juſtum ſit, & quod ſit ipſum *Velle* Autoris, ut lex naturalis fiat quia juſtum & ejus præceptum ſit. Perfectior autem eſt obedientia quæ ſpontanee complet utrumque *Genus legis* quam quæ alterum tantum.

Et

Et humilior eſt *Obedientia* quæ obedit præcepto rei indifferentis quæ non habet rationem ut fieri debeat niſi Præcipientis Autoritatem; quam illa quæ obedit præcepto in ſemetipſo juſtificato.

Ad probandum igitur perfectam hominis *Obedientiam*, & ad coronandum ipſum merito conſummatæ *Obedientiæ*; congruebat *Divinæ Sapientiæ* & bonitati dare homini præceptum in re indifferenti, ut homo ſimul cum lege naturali complens *legem Factorum* ſive *Poſitivam*, præſtaret Creatori conſummatam & humilimam obedientiam & meretur perfectam beatitudinis Coronam. Unde Auguſtinus ſuper *Geneſin* ad literam lib. 8. *Oportebat ut homo ſub Domino Deo poſitus aliunde prohiberetur ut ei promerendi Dominum ſuum, virtus eſſet iſta Obedientia quam poſſum veriſſime dicere ſolam eſſe virtutem omni creaturæ rationali agenti ſub Dei poteſtate primum, & maximum eſſe vitium Tumoris ad ruinam ſua poteſtate utentis, cujus vitii nomen eſt inobedientia. Non eſſet igitur unde ſe homo habere Dominum cogitaret atque ſciret, niſi ei Aliquid juberetur.* Iterum Idem in eodem. *Ab eo ligno quod malum non erat prohibitus eſt ut ipſa per ſe præcepti conſervatio bonum illi eſſet, & tranſgreſſio in malum. Nec potuit melius & diligentius commonſtrari quam malum ſit ſola inobedientia:*

dientia: cum ideo reus iniquitatis factus eſt homo quod eam rem tetigit contra prohibitionem quam ſi non prohibitus tetigiſſet, non utique peccaſſet. Iterum, Idem in eodem. *Cum vero id tangitur quod nec Tangenti obeſſet ſi non prohiberetur, nec cuiquam Alteri quamlibet tangeretur; quare prohibitum eſt, niſi ut per ipſius per ſe bonum* Obedientiæ, *ipſius per ſe malum inobedientiæ monſtraretur?*

Patet igitur quod ordinate homini exiſtenti in Paradiſo, nondum per peccatum depravato, oportuit non dari *aliquam legem ſcriptam*, *legemque naturalem* a nullo extra dictari vel præcipi: *Legemque* aliquam *poſitivam* abſque Scriptura promulgari. Patet quoque *Legem naturalem, lege poſitivæ* naturaliter eſſe priorem. Unde, in *Geneſi* non legimus quod *Dominus* vel *ſcripte* vel *exterius* promulgato *Mandato* dederit homini in Paradiſo *Legem naturalem*. Legimus tamen ibidem quod *Dominus* non *ſcripto* ſed *præcepto* dedit illi *Legem poſitivam*: ut viz. *Non Comederet de ligno ſcientiæ Boni & mali quod fuit in medio Paradiſi*. Et cum jam patet, quod pleniſſima & humilima obedientia conſiſtat in obſervanda *lege Factorum* ſeu *Poſitiva*; manifeſtum eſt quod ſicut ante legem (*h*) *Scriptorum*, ſic & in *lege Scripta*, congruit, ut *legi naturali* adjiciatur *Lex poſitiva*. Ac per hoc ſolvitur

(h) Scriptam. M. C.

ſolvitur illorum calumnia qui vituperant *Legem Moſaicam*, veluti in mandatis plurimis ratione carentem. Non enim (ut dicunt) eſt ratio quare non debet quis *arare in bove & aſino*: aut non *indui veſte contexta ex lana & lino*: nec congruet ſummæ Dei *Sapientiæ* hujuſmodi dare mandata carentia ratione: Non intelligunt autem quod ratio probandæ & conſummandæ perfectæ *Obedientiæ* conſiſtet in obſervantia mandatorum indifferentium in ſeipſis carentium ratione: quæ habent quoque & præter hoc rationabile (i) juvamentum piæ, *viz.* ſignificationis myſterium: Utrum vero *Angelo* data ſit ſtatim in conditionis ſuæ initio, ſimul cum *Lege naturali* ſibi inſcripta, alicujus *Legis poſitivæ* præceptio, ſcriptum non invenio. Videtur autem congruus ordo, ut rationali creaturæ aliquandiu in *Legis naturalis* obſervantia ſine (k) intellectu tentationis perduranti, adjiciatur *Lex poſitiva* ad probationem & conſummationem perfectæ *Obedientiæ*: quemadmodum homini factum, cui extra Paradiſum condito, & poſtmodo in Paradiſo collocato, in *Legis* ad huc *naturalis* obſervatione perduranti & nulla tentatione illecto, dictum eſt, *de ligno ſcientiæ*

(i) *Fundamentum.* M. C.

(k) *Forte illectu.* Sel.

boni

boni & mali Ne comedas. Ut enim dictum eſt, naturaliter prior eſt *Lex naturalis*, & plus habet rationis ut obſervetur, quam *Lex poſitiva.* Et in *Legis poſitivæ* obſervatione conſummatior eſt *Obedientia.* Quapropter prius debuit probari in *Legis naturalis* obſervantia, utpote in naturaliter priori & minus conſummatæ obedientiæ. Et oportuit ut prius probaretur an obſervaret quod plus habuit rationis ut obſervaretur quoque id quod minus. Si enim non ſtaret in *Lege naturali*, multo minus ſtaret in *Poſitiva.* Qui enim non obſervat quod magis obſervandum videtur; quomodo obſervaret quod minus obſervandum videtur? Statim igitur aliquando dum in hac erat, illa ad conſummationis cumulum adjicienda.

Similiter, congruere videtur ordini *Juſtitiæ* ut *rationalis creatura* ſi poſt tentata fuerit, & illecta ad peccandum fortiſſima tentatione qua nulla poſſit eſſe fortior, talique tentationi reſiſtens eandem vicerit; ſtatim coronetur præmio *beatitudinis* & in *Boni* perſeverantia confirmetur. Si enim vicit tentationem qua nulla poſſet eſſe fortior, legitime certavit, maximamque

maximamque victoriam peregit. Et quid reſtat poſt maximam victoriam, niſi *Bravii* receptio? Hoc factum eſt in ſanctis Angelis, qui in primordio vicerunt (*l*) tentationem. Coronati ſunt enim ſtatim poſt victoriam, beatitudinis *Bravio*, & confirmati in Perſeverantiæ bono: ſicut teſtatur Gregorius homilia 30. ſuper *Ezechiel.* Dicens quod cadentibus aliis ſancti Angeli in ſua beatitudine perſtiterunt, atque hoc acceperunt in munere, ut jam omnino cadere non poſſunt: in eis natura ſua, quia mutari non poteſt, durata eſt in ſimilitudinem chryſtalli. In moralibus quoque dicit Gregorius, quod ſancti Angeli hoc meruerunt in munere, *Lucifero* cadente, ut nequaquam jam de ornamento Regio cadendo ſolvantur.

(l) *Seviſsimam.* M.C.

Primo igitur non data eſt Angelis *Lex poſitiva*, quia mali Angeli ſtatim prævaricati ſunt *legem naturalem* nunquam amplius illam obſervaturi: quibus incaſſum *lex poſitiva* adjiceretur: Boni vero quia ſtatim ſummam fecerunt *victoriam*, ſtatim ſunt in beatitudine confirmati: cui ſtatim nulla conveniret *Legiſlatio*, quia non congrueret illi, obedientiæ probatio: nec eſt illi locus merendi, ſed ſolum recipiendi pro *Merito*. Sanctos vero Angelos fortiſſimam tentationem viciſſe manifeſtum eſt.

Duo

Duo namque ſunt genera Tentationis: Unum, *viz.* cum allicit ad peccandum *delectabile* apprehenſum: Alterum, cum impellit ad peccandum *terribile* apprehenſum quod (*m*) timetur aſſore niſi peccetur. In primo ergo genere, fortiſſimus modus *tentationis* eſt cum ſumme delectabile proponitur ut contra juſtitiam appetatur: atq; ad hoc appetendum a violentiſſima ac maxime authentica perſona facta fuerit perſuaſio. In altero vero genere, fortiſſimus eſt modus *tentationis* cum proponitur maxime *terribile* ut incurratur niſi peccetur, & a maxime authentico violentiſſime perſuadeatur peccandum eſſe potius quam *terribile* propoſitum ſuſtinendum. Primi vero generis fortiſſimus modus tentationis incomparabiliter violentior eſt fortiſſimo modo tentationis ſecundi generis. Maxime enim delectabile incomparabiliter eſt dilectabiliùs quam maxime *terribile* ſit *terribile*. *Deus enim eſt Summum Bonum & ſumme delectabile*; Pœna vero *Gehennæ* eſt ſumme pœnale, & ſumme *terribile*. Sed illud *Bonum* & *Delectabile* quod *Deus eſt*, incomparabiliter eſt melius & *delectabilius* quam id *Pœnale* & *terribile* ſit acerbum. Nullum enim malum vel *Culpæ* vel *Pœnæ* poſſit eſſe tam *malum* quam *bonum* eſt *ſummum bonum*, nec etiam quam bonum eſt

(m) *Timorem.* M. C.

creaturæ univerſum. Omne namque *Malum* non eſt aliud quam corruptio *Boni*: & tam mala eſt corruptio ipſius *Boni* quam bonum eſt ipſum bonum quod corrumpitur. Non poteſt autem corrumpi niſi *bonum creatum*; ergo non poſsit *malum* eſſe majus malum quam *bonum corruptibile ſit bonum*. Ergo paribus aliis circumſtantiis, in duobus modis tentationem ſecundum genera ſua (n) fortiſsimis, tentatio illa quæ allicit ſumme *delectabili* eſt incomparabiliter fortior ea quæ terret ſumme *terribili*, (o) hinc elicitur; Ergo fortiſsima tentatio quæ poſsit eſſe eſt illa quæ allicit appetitum, adjuncta huic allectui perſuaſione maxime authentica ſumme *delectabili*. Sed hujuſmodi tentatione tentati ſunt S. Angeli. Angelus enim Apoſtota appetiit divinitatem, quod credi oportet, Scripturæ autoritate. Facta enim ſingularia hominum & angelorum, quæ ex libero procedunt arbitrio, non poſſunt argui ratiocinatione quid fuerint, ſed ſolummodo innoteſcunt vel conſpicientibus & ſentientibus illa dum fiant, vel credentibus illis qui eadem fieri conſpexerint.

(n) *Fortiſſima.* M.C.

(o) *Simpliciter ergo.* M.C.

Nos ergo qui non vidimus primum prævaricatorem apoſtatantem, oportet credere de ejus apoſtaſia autoritati *Scripturæ dictatæ* per *Spiritum Sanctum* qui ejus apoſtaſiam

ſiam novit antequam fieret. Similiter autoritati Scripturæ oportet credere de *Hominis* prævaricatione. Appetiit ergo (ut dictum eſt) primus Angelus Apoſtata Divinitatem. Voluit enim *ſimilis eſſe Altiſſimo*; non ſimilitudine imitationis ſed æqualitatis: quod patet ex eo quod dixit corde ſuo, *Se exaltaturum Solium ſuum ſupra aſtra Dei*, & *Se aſſcenſurum ſuper altitudinem nubium.* Si enim non appetiiſſet niſi ſimilitudinem imitationis, cogitaſſet non ſupereminentiam ſed æqualitatem cum nubibus Dei: & aſtris. *Sed ſimilis Altiſſimo ſimilitudine æqualitatis* eſſe non potuit, niſi eſſet *Deus æqualis Altiſſimo.* Nec hoc (*p*) facere potuit eam Apoſtatam; cum de illo ſcriptum ſit quod fuerit *Plenus Sapientia & perfectus decore in deliciis Paradiſi Dei.* Scienter ergo appetiit *Divinitatem, quæ eſt Summum Bonum ſummeque delectabile.* Et credo quod non latuit eum, quin ipſum fore *æqualem Deo* & *divinitati eſſet impoſſibile*: Multoties enim perverſæ mentes inordinate & ardenter appetunt aliquid quod ſe non poſſe pertingere noverunt. Appetiit ergo ille ſcienter ſumme *delectabile*, ſibi tamen impoſsibile. Sed quod *affectu* appetiit, *intelligentia* apprehendit: & quod intelligentia apprehendit *hoc in mente dixit.* *Dicere* namque intellectualis naturæ incor-

Eſa. 14. 14.

(*p*) *Latere.* M. C. Ezek. 28. 12, 13.

poreæ eſt ejus *Intelligere.* Intellexit autem non ſolummodo *Bonum* quod inique *appetiit*; ſe inſuper & ſuum appetitum, id eſt, ſe & appetentem, approbavitque ſe talem, & etiam ipſo opere appetendi quodammodo locutus eſt, *Hoc eſſe appetendum* quod ipſe appetiit.

Sicut enim dicit *Anſelmus* & probat in lib. de *veritate. Eo ipſo quod aliquis aliquid facit, dicit & ſignificat hoc ſe debere facere; ergo tam verbo approbante, quam opere locutus eſt Divinitatis æqualitatem appetendam eſſe.* Ipſe quoq; inter creaturas rationales maxime erat authentica perſona: fuit enim (ut dictum eſt) plenus *Sapientia* & perfectus *Decore*; cujus operimentum omnis lapis pretioſus, qui ambulavit perfectus in viis ſuis, ſicut dicit *Ezechiel. A die conditionis ſuæ, donec inventa eſt iniquitas in eo.* Et ſicut dicit *Iob, Ipſe eſt* (q) *primum viarum Dei.* Super quem locum dicit *Gregorius* in *Moralibus. Hunc primum Deus condidit quem reliquis Angelis eminentiorem fecit:* Et Paulo poſt. *Qui & idcirco peccans ſine venia damnatus eſt, quod magnus ſine comparatione fuerat creatus.* Hujus autem Apoſtatæ ſupradictam locutionem Angeli alii ſpirituraliter audierunt; hoc eſt mente intellexerunt. Ipſa itaque tam operis quam verbi mentalis *Luciferi* de appetenda Divinitate

(q) *Principium.* M. C.

nitate locutio ipſius divinitatis appetendæ fuit perſuaſio. Audierunt itaque alii Angeli violentiſſimam perſuaſionem quia non ſolum verbi ſed etiam loquentis *Operis* de divinitate appetenda : nec cujuſcunque perſuaſione, ſed ejus qui inter Dei creaturas tam (r) celeritate quam ſcientia locum tenuit eminentiorem. Ut enim dicit *Gregorius. Aliorum Angelorum claritatem iſte tranſcenderat & idcirco a Propheta* Cherub *dicitur, quod tranſcendiſſe cunctos (s) non dubitatur.*

(r) *Claritate.* Sel. Ezek. 28. 14.

(s) *Scientia.* M.C.

Fuit ergo aliis Angelis *Summum Bonum*, ſummeque *delectabile* propoſitum ad illicite appetendum, & ut appeteretur violentiſſima adjecta (t) perſuaſio. Fuerunt itaque fortiſſima, quæ eſſe potuit tentatione tentati. Sancti itaque Angeli qui ab hac tentatione nequaquam ſunt flexi aut moti, ſed potius eligerunt & maluerunt ſubeſſe *Deo* quam eſſe eidem *æquales*, fortiſſimam tentationem ſuperaverunt, maximamque victoriam fecerunt. Congruebat ergo (ut ſupra dictum eſt, & autoritate confirmatum) eoſdem ſtatim hac peracta victoria præmiari beatitudinis *bravio* & confirmari in *Bono*. Congruit quoque ut ille apoſtata æternaliter damnetur, quod (ſicut ſupra meminimus dixiſſe *Gregorium*) *idcirco* peccans, ſine venia damnatus eſt,

(t) *Perſuaſione.* M.C.

quod magnus ſine comparatione fuerit creatus. Præterea, nec *ipſe* nec alii qui ad *ejus* (u) *apoſtaſiam* peccaverunt, reconciliationem habere potuerant. Sicut enim *homo* non potuit reconciliari niſi per *Hominem-Deum* qui mori potuit; per *cujus juſtitiam Deo* reſtauretur quod per *Peccatum* hominis perdiderat: Qui, *viz.* ſecundum quod *Homo*, non ſolum eſſet unius Naturæ cum cæteris hominibus; ſed etiam ejuſdem generis cum illis, ab unius ſcilicet carne omnibus generalis, in quo *Uno* omnium Parente Omnes eſſent *Unus homo*. Omnes enim homines ſecundum communionem ſpeciei ſunt unus homo; ſic communione ejuſdem generis & ejuſdem Primi omnium Parentis ſunt quodammodo ipſe *primus* Parens *Adam*: Sic Angeli damnati non poſſent reconciliari niſi per *Angelum-Deum* qui mori poſſet: Et eſſet non ſolum unius naturæ, ſed & unius generis cum Angelis reconciliandis, quod planiſſime patet ex libro *Anſelmi* qui intitulatur, *Cur Deus Homo*.

(u) *Perſuaſionem.* M.C.

Patet itaque ex jam-dictis, quod omnis creatura rationalis in ſua creatione primaria *Legem* accepit *naturalem* menti ſuæ inſcriptam: Et quod Angeli peccantes *Legem* ſtatim tranſgreſſi ſunt. Exigit enim *Lex naturalis* ut creatura quæ diligere potuit, incompa-

incomparabiliter plus diligat *Creatorem* quam Se: & immutabiliter velit ei ſubeſſe obedienter; nec ab hac voluntate avertatur aut per terrorem impellentem, aut per *dilectionem* allicientem. Contra naturam quoque eſt ut *Creatura* parificetur *Creatori*. Et contra naturam rationis eſt ut hanc *paritatem* appetat natura *rationalis*. Mandatum igitur de *diligendo Dominum ſuper omnia*, & de *adorando ipſum*, quod eſt *primum mandatum* legis naturalis tranſgreſſi ſunt principaliter angeli peccantes, cum divinitatis æqualitatem cum Diabolo Principe ſuo appetierunt.

Sed forte videtur alicui quod Angeli ſtantes ab Angelo lapſo non fuerunt tentati, quia ſicut dicit *Jacobus*, *Unuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua* abſtractus & illectus. Angeli vero ſtantes non fuerunt *concupiſcibiliter* moti. Si enim permiſiſſet eorum Ratio appetitum ſuum aliquid actu appetere quod ipſa ratio prius non judicaſſet eſſe petendum, peccaſſent: cum hoc haberent in poteſtate & rationis imperio, ſit regerent & cohiberent ſuum appetitum, quod non moveret ſe ad appetendum, niſi ſecundum Rationis ſuæ *non-corruptæ* judicium naturaliter primum. Si ergo permiſiſſent vel minimum motum *concupiſcentialem*, contra Rationis ordinem Jac: 1, 14.

in eis ſurrexiſſe, peccaſſent: & accepta Rationis & *Liberi Arbitrii* poteſtate abuſi eſſent, nec per ſe poſſent *erratũ* corrigere, nec ad priorem ſtatum redire, cum non poſſent ſeipſos meliores facere; nec illos redimi congrueret, & illo cum Angelo peccante irreparabiliter cecidiſſent.

Sed ſciendum quod non quæq; tentatio efficit motum concupiſcibilem in *tentato*: ſicut enim legitur in *Evangelio*. *Dominus* noſter *Jeſus Chriſtus* *tentatus eſt a diabolo*: nec tamen ad ſuggeſtiones diaboli motus eſt aliquo motu concupiſcentiali: *Non enim fuit in eo fomes peccati, vel concupiſcentia*, vel aliquis appetitus contra Rationis imperium, vel præcedens Rationis judicium. *Tentator* tamen conatus eſt, quantum poterat, ut fieret in eo aliquis appetitus *Rationi* non conſentiens. Unde ille tentavit, & iſte tentatus eſt; non tamen ſic tentatus ut factus fuerit in eo a tentatore intentus effectus: ideoq; majorem fecit victoriam. Cum enim quis fortier impellitur aut trahitur, fortius vincit, ſi in nullo, impellenti ac trahenti cedit. Quod vero dicit *Jacobus* intelligendum eſt ubi fit in tentato aliquis tentationis effectus. Quod etiam Angeli ſtantes tentati ſunt, patet ex eo quod ſcribitur in Apocalypſi quod factum eſt prælium magnũ in Cælo: *Michael* & angeli ejus præliabantur

*Matth. 4. 1.

Apoc. 12. 7.

liabantur cum Dracone: & Draco pugnabat & angeli ejus, & non prævaluerunt, neque locus inventus eſt amplius eorum in cœlo. Non enim eſt pugna niſi ubi ſunt partes in adverſa ſibi ad invicem tendentes Adverſabantur ergo ſibi ad invicem Draco & angeli ejus, *Michael* & angeli ejus. Sed quæ fuit iſta adverſatio niſi illa de qua diximus in principio conditionis (x) Angelinæ naturæ facta tentatio?

(x) *Angelicæ.* M.C.

Nec ſic tentavit diabolus angelos qui ſteterunt quemadmodum plerumque tentat nec delectabilia ſenſuum: eo ipſo ſcilicet, quod apprehendentur ſolummodo delectabilia, ipſis tamen apprehenſis nil intendentibus movere ſentiendi appetitum. Intendebat autem diabolus movere angelos qui ſteterunt ut inordinate aliquid appeterent. Superbivit enim, ac per hoc voluit omnium aliorum appetitus & voluntates & actus ſuæ voluntatis nutui obedientes eſſe & obſequentes. Hoc enim ſemper appetit ſuperbia, cum ſit amor excellentiæ propriæ quo nulli vult ſubeſſe & omnibus præeſſe. Volùit ergo diabolus hoc fieri in aliis angelis: quod ſi fieret illi peccaſſent. Nutui enim ſuæ voluntatis perverſæ ſe ſubjeciſſent. Præterea, cum ſuperbivit invidit. Ex ſuperbia namq; quæ eſt amor excellentiæ propriæ, ſtatim naſcitur invidia quæ eſt amor depreſſionis alienæ. Vo-

Voluit ergo diabolus alios angelos a ſtatu ſuæ conditionis peccati corruptione deprimi: unde voluit, ut ſecum appetentes divinitatem peccaſſent. Quia enim invidit illis, voluit ut appeterent fortiter quod tamen attingere non poſſent: ut appetentes & non attingentes mœrore & triſtitia tabeſcerent. Cum hoc itaque nequiter voluit hoc in eis feciſſe ea quam ſupra diximus ſua perſuaſione intendit.

Homo ſimiliter primus fortiſſima tentatione tentatus eſt, non enim fortiori potuit homo tentari. Proponebatur enim ei divinitas appetenda; ſuggerebatur ab aſtutiſſimo perſuaſore, & in hoc tentatus fuit fortiſſime per ſuperbiam vitæ. Tentatus etiam fuit fortiſſimo genere tentationis ſuper peccato Curioſitatis. Habuit namque plurimūm delectationis in ſciendo *boni malique* diſcretionem. Hæc namque cognitio de melioribus eſt & honorabilibus. (y) Virtus enim omni creata natura melior eſt, honorabilior & mirabilior. Tentatus quoque fuit fortiſſima tentatione qua in illo ſtatu tentari potuit, ſuper concupiſcentia carnis. Non enim proponi potuit ei aliquid ſuavius (z) ſentiendum quam ipſe jam inculpabiliter ſenſerat in (a) eorum ſenſibus: *Viſu* ſcilicet & *auditu*, *olfactu* & *tactu*: *Viſui* enim ſano nil *Solis* luce

(y) *Et mirabilibus.* M.C.

(z) *Ad.* M.C.

(a) *Quatuor.* M.C.

luce ſuavius : aut *auditui* quid potuit eſſe ſuavius quam (*b*) in Paradiſo concentus? Vocem quoque *Domini* audierat; qua neſcio an auribus aliquid ſuavius influerit. Aromatibus paradiſi quid magis nares oblectaret? nec ad palpandum quid poſſet eſſe humana carne complexionis temperatiſſimæ lenius? Quod ſi aliquid de ſenſibilibus his 5 ſenſibus ei fallaciter promitteretur ſuavius quam expertus fuit; credo quod deprehendiſſet illam promitionem eſſe fallacem : quia ipſa experientia ſuaviſſimorum docuerat maximam in eis eſſe ſentiendi ſuavitatem. Præterea, etſi poſſet magis delectabilia quam ſenſerat dictis jam ſenſibus ſenſiſſe, cum ſenſus ejus ante peccatum non fuit libidinoſus & voluptuoſus, nec eſſet facta ei prohibitio de aliquo dictis ſenſibus ſentiendo; adhibuiſſet ſentiendi experientiam abſque peccato, guſtu autem forte (*c*) nil tetigerat. Quapropter aliquo modo perſuaderi ſibi poſſibile fuerat in arboris vetitæ guſtu maximam eſſe guſtandi ſuavitatem : vel ideo eſſe ejus guſtum prohibitum, ne in poteſtate & ſcientia adæquaretur prohibenti.

(*b*) *Animi*, M.C.

(*c*) d. *Abuc.* M. C.

Nec potuit diabolus per os alterius animalis tam aſtute decepiſſe hominem quam per os Serpentis. Si enim diabolus locutus fuiſſet in aſſumpta hominis forma poſ-

ſet

ſet deprehendi faciliter illius ; ſpiritus fallacis aſtutia, cum veriſimile ſit quod ſciret tam vir quam *mulier* nullum hominem præter ſe duos eſſe. Quod ſi quis dicat quod *Deus* locutus prius fuerat homini in ſpecie humana (*d*) quemadmodum prius fecerat *Deus* quia poſſet ſimiliter loquens credi *Deus* : dicendum, quod forte hoc illi non permittebatur. Præterea, *Deus* loquens antiquis patribus in ſpecie humana, aliquibus ſignis (*e*) infallacibus inſinuavit ſe verum *Deum* loqui illis in ſubjecta creatura, quod Diabolus (*f*) non facere poterat. Præterea, ſi vellet diabolus in aſſumpta humana forma loquens putari *Deus*, non congrueret hoc cum intentione fallendi quam habuit Intendebat enim perſuadere contrarium illius quod *Deus* præceperat & non potuit eſſe probabile quod tam cito diſſuaderet (*g*) *Deus* hoc, quod (*h*) tam diſtincte nuper juſſerat. Si ergo diabolus humana forma apparuiſſet magis ſuſpectus fuiſſet. Per os autem alterius animalis quam per os ſerpentis loquens non tam familiariter auditus fuiſſet ; quia nullum aliud animal tantam habuit cum homine familiaritatem: Unde & *Johannes Damaſcenus* in lib. ſententiarum ait, *Sicut & homini ſerpens erat aſſuetus magis aliis adhærens ei, & delectabilius* (*i*) *adjunctus motibus, unde per eum peſſimam princeps*

(d) *Et ſic diabolus poſsit aſtutius decipiſſe hominem in ſpecie humana loquens illi.* M. C.

(e) *Infallibilibus.* M. C.

(f) *Facere non poterat.* M.C.

(g) *Deeſt in* MS. M. C.

(h) *Deus.* M.C.

(i) *Ei.* M. C.

princeps diabolus ſuppoſitionem primis parentibus inſeruit. Patet itaq; quod homo in ſtatu innocentiæ majore tentatione non potuit impelli. Sicut ergo dictũ eſt de angelorum ſtantium confirmatione: ſic, certum eſt hominem confirmatum fuiſſe, ſi huic tentationi reſtitiſſet. Unde *Anſelmus* in libro *Cur Deus Homo*, ita ait, *In primis hominibus qui peccaverunt, confirmationem Deus feciſſet ſi non peccaſſent, ſicut fecit in perſeverantibus angelis. Quamvis enim nondum proveherentur ad illam æquabilitatem angelorum ad quam perventuri homines erant cum perfectus eſſet numerus de illis aſſumendus; in illa tamen juſtitia in qua erant, videtur quod ſi viciſſent ut tentati non peccarent, ita confirmarentur cum omni propagine ſua, ut ultra peccare non poſſent, quemadmodum quia victi peccaverunt ſic infirmati ſunt ut quantum in ipſis eſt ſine peccato eſſe non poſſunt*. Quis enim audet dicere, *Plus valere injuſtitiam ad alligandum in ſervitute hominem in prima ſuaſione ſibi conſentientem, quã valeret juſtitia ad confirmandum eum in libertate ſibi in eadem tentatione adhærentem?* Nam quemadmodum cum humana natũra tota erat in primis parentibus, victa eſt ut peccaret (excepto illo ſolo homine quem ut Deus ſcivit ſine ſemine viri de Virgine facere, ſic ſcivit a peccato *Adæ* ſecernere) ita in eiſdem tota viciſſet, ſi non peccaſſet.

Homo

Homo igitur quia tam aliena perſuaſione & fraudulenta deceptione quam ex carnis infirmitate, & non ex ſcientiæ malitia peccavit, tandem (k) redimi, diabolo non redempto, congruebat. Effectum autem *redemptionis* homo aliquis habere non debuit, niſi ſuum *redemptorem* diligeret: diligere non potuit niſi crederet. Oportuit igitur hominem ſalvandum *Incarnationis* (l) *Dei* firmam habere fidem. Sed diligere non potuit niſi mandata Dei ſervaret. Ait enim *Joh.* 14. 15. *Si quis diligit me ſermones meos ſervat.* Ea autem præcepta quæ ſunt Legis naturalis ſempiterna ſunt. Quapropter, oportuit ſemper a quolibet ſervando ea ſervari. Non fuit autem aliquod tempus ex quo Mundus eſt conditus in quo non fuerit aliquis de numero ſalvandorum. Unde *Anſelmus* in libro ſupradicto ait, *Nec credendum eſt, ex quo factus eſt homo ullum tempus fuiſſe quo Mundus iſte cum ſuis creaturis quæ factæ ſunt ad uſus hominum ſic vacuus fuiſſet ut nullus eſſet in illo ex humano genere ad hoc pertinens propter quod factus eſt homo.* Videtur enim inconveniens quod Deus vel uno momento permiſerit humanum genus & ea quæ fecit propter uſum eorum (m) de quo ſuperna *civitas* perficienda eſt, quaſi fruſtra extitiſſe. Nam aliquatenus in vanum eſſe vide-

(k) *Per verbi incarnationem, potuit enim ſic redimi.* M. C.

(l) *Verbi.* M. C.

(m) *De quibus.* M. C.

viderentur, quamdiu non ad hoc propter quod maxime facti eſſent viderentur ſubſiſtere. Præterea, nulli denegatur dum eſt in via (*n*) promerendi vitam æternam, quod non poſſit, niſi per fidem & mandatorum obſervantiam. Liquet igitur quod ex quo homo peccaverit, oportuit eſſe & fidem quæ crederetur, & legem quæ obſervaretur. Sed cum homo prævaricatus fuit peccando, tam legem naturalem quam poſitivam, ipſaque Lex prius illi impoſita ſit de *Non-edendo pomo*, jam non fuit illi Lex quia non erat in ejus poteſtate: fruſtra daretur ei lex aliqua alia poſitiva donec prius iterum probaretur in obſervatione legis naturalis. Congruebat ergo ut homo poſt peccatum legi ſoli naturali dimitteretur donec in ejus obſervatione obediens aliquandiu probaretur. Quam ſi faceret ad plenitudinem (*o*) adderetur lex poſitiva. Hoc itaque modo, ab *Adam* peccante uſq; ad *Noe* vel *Abraham* fuit ſola lex naturalis. *Noe* vero & ſucceſſoribus (*p*) ſuis videtur adjecta lex poſitiva (*q*) *Circumciſionis*. *Sacrificia* namque & *Oblationes* quæ fiebant *Domino* ab initio non erant de legis poſitivæ præcepto. Lex enim naturalis exigit ut *Benefactori* de *Bonis* quæ gratis dederit, gratus rependatur honor & veneratio. Unde, & (*r*) *Decima* ũ oblatio de *Lege eſt naturali*:

(n) *Promerens*. M. C.

(o) *Obedientiæ*. M. C.

(p) *Ejus*. M. C.

(q) *De non edendo ſanguinem, Abrahæ vero & ſemini ejus adjecta eſt lex poſitiva*. M. C.

(r) *Decimæ*. M. C.

rali: quia de bonis acceptis cum debeatur *Lege naturali* repenſio honoris, minus quam pars minima, id eſt, *decima* (quia ultra *denarium*, numerus non eſt) rependi non poteſt.

Præterea, quod præceptum eſt ſingulariter alicui perſonæ & non multitudini, lex non eſt: ut fuit præceptum datum *Noe* de *Arca* fabricanda, & præcepta data *Abrahæ* de egrediendo de terra ſua & de faciendo *Sacrificium de vacca trienna*. & alia hujuſmodi. Legem autem ſive naturalem ſive poſitivam ſcribi ſuperfluum eſſet, donec hominis memoria ita labilis eſſet quod legem ſibi poſitam ſine ſcripturæ adminiculo retinere non poſſet. Non eſt enim ſcriptura niſi propter ſupplendum memoriæ defectum. Homines antem primi temporis habuerunt multam memoriæ vivacitatem, qua potuerunt legem ſine oblivione retinere. Lex enim naturalis, quia tota ordinate & neceſſariis conſtat ex præcepto *Charitatis*, facilis eſt naturaliter retentionis. Lex autem poſitiva (ut dictum eſt) non ſtatim poſt peccatum fuit adjecta & quæ adjecta fuit ante legis ſcriptionem non habuit præceptorum multitudinem quæ faceret difficultatem retinendi. Utraque igitur lex tempore primitivo facile fuit memorabilis ſine ſcriptione, tum propter ipſius

ipſius legis facilem facultatem ad memorandum, tum propter vivacitatem memoriæ primitivorum hominum. Quod autem primitivi homines licet habuerint ex peccato omnium ſenſuum multam corruptionem; habuerunt tamen comparatione noſtri temporis multam ſenſuum interiorum & exteriorum firmitudinem & vivacitatem: quod patere poteſt, ex eorum longævitate & corporali robore. Longævi namque fuerunt ex bonitate virtutis naturalis: fortes vero ex bonitate virtutis vitalis & virtutis motivæ. Sed harum virtutum bonitas eſſe non poteſt abſque bonitate virtutum ſenſitivarum. Sicut igitur illi nobis erant longæviores: ſic erant nobis operationibus virium naturalium vivaciores, de illorum natura Bona: & propter ejus bonitatem non eguerunt Scriptura. Sic ait Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem virginem: Nec illud eſt parvum argumentum ad comprobandum naturæ bonum; quod illi primi homines per tot annorum ſpatia abſque ulla admonitione (s) fuerunt. Non utique quod Deo alibi creaturæ ſuæ cura non fuerit; ſed (t) quod ætatem ſciebat hominum feciſſe naturam, ut ejus pro lege ad exercendam juſtitiam ſufficeret. Denique, quamdiu recentioris adhuc naturæ uſus viguit, nec

(s) *Legis.* M. C.

(t) *Quod ſe talem feciſſe hominis naturam ſciebat, ut* ei. M. C.

humanæ rationi velut quandam caliginem longus uſus peccandi obduxit, ſine lege Natura dimiſſa eſt, ad quam Dominus jam vitiis obrutam & quadam ignorantiæ erubigine infectam, (u) limam legis admovit, ut hujus frequenti admonitione expoliretur, ut ad ſuum poſſet redire fulgorem. Præterea primævi temporis homines propter cordium munditiem & converſationis ſanctitatem habuerunt *Dominum* ſecum interius loquentem, & in tabulis cordis eorum legem inſcribentem: ideoque non eguerunt exteriori ſcripturæ per literarum apices viſibiles: Unde *Joh. Chryſoſtomus* in homilia prima ſuper *Matthæum* ſic ait. *Oportuerat quidem nihil nos indigere auxilio divinarum ſcripturarum; ſed tam mundam in omnibus exhibere vitam, ut illarum vice ſpiritus gratia uteremur. Et ſicut atramento Paginæ, ita corda noſtra inſcriberentur a Spiritu.* Quia vero hanc a nobis excluſimus gratiam; age vel ſecundas divitias expoſcamus. Cæterum quod primum illud fuit perfecte ſublimius & ex verbis ſuis *Dei* & ex operibus oſtendit. Nam & *Noe*, & *Abrahæ* ejuſque poſteris, & *Joſeph* & etiam *Moſi*, non per literas ſed per ſemetipſum locutus eſt quia ſcilicet (x) munda corda repererat: Poſtquam vero (y) omnis populus Judæorum in vitiorum (z) ima delapſus

(u) *Legitima.* M. C.

(x) *Eorum* M C.

(y) *Deeſt in MS.* M. C.

(z) *Via.* M. C.

lapſus eſt, tunc jam literæ dantur & tabulæ per quæ hæc admonitio adminiſtratur. Et hoc non tantum *veteris Teſtamenti Sanctis*, ſed etiam novi accidiſſe (*a*) perſpiciamus. Siquidem nec Apoſtolis ſcriptum aliquid tradidit *Chriſtus*; ſed pro *literis*, *Spiritus* ſe illis daturum eſſe gratiam repromiſit. * *Ille* (inquit) *docebit vos omnia.* Atque ut diſcas quod hoc erat multo melius; audi per Prophetam *Dominum* dicentem: **Diſponam* (inquit) *vobis teſtamentum novum, daboque leges meas in mente eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas: et erunt omnes docibiles Domini. Paulus* quoque hanc eminentiam deſignando, dicebat * ſe accepiſſe *Legem* non tabulis lapideis ſed in tabulis cordis carnalibus. Quia vero multi progrediente jam tempore a recto calle detorſerunt ejus rurſus quæ conſtat ex literis admonitionis egerunt; Jam igitur conſidera, quam ſit extremæ omnino dementiæ ut qui tanta deberemus vitæ perfectione pollere, ut nil prorſus literis egeremus, ſed ſcribenda ſpiritui præberemus corda propaginis; quale, inquam, eſt ſi quia iſtam primam perdidimus dignitatem & moribus indigemus, ne ſecundo quidem remedio ad noſtram utamur ſalutem. Si enim illis egere & non gratia ſpiritus ſplendere culpabile eſt, vide quanti ſit criminis,

(a) *Perſpicimus.* M. C.

* Joh: 14. 26.

* Jerem: 31 32.

Iſa: 54. 13.

* 2 Cor: 3. 3.

nec per illud auxilium velle proficere, ſed quaſi fruſtra & vane poſita cœleſtia ſcripta deſpicere & majus abſque dubio ſubire ſupplicium.

Cum autem homo debilitatus natura & peccandi corrumpente affluentia, incidit in ignorantiam & reminiſcendi difficultatem, & ſic poſſit ſub aliqua juris ſpecie conqueri *aliquid ſibi deeſſe* quo minus *Legem* perficeret, niſi ſibi ſcriberetur; congruebat ut *Lex* traderetur ſcripta, ne locum haberet hujuſmodi querimonia. Unde *Auguſtin.* ſuper *Pſal.* 57. exponens illum verſum. *Si vere utique juſtitiam loquimini, recte judicate, filii hominum*: ait, *Cui enim iniquo non facile, eſt loqui juſtitiam nunquam de juſtitia interrogatus?* Quando non habet eam, non facile reſpondet quid ſit *juſtum*, quandoquidem manu formatoris noſtri in ipſis cordibus noſtris *veritas* ſcripſit. *Quod tibi fieri non vis alteri non facies.* Hoc antequam *Lex* (*b*) ſcriberetur, nemo ignorare permiſſus eſt, ut eſſet unde judicaretur & quibus non eſt data *Lex*. Sed, ne ſibi homines aliquid defuiſſe quererentur, ſcriptum eſt & tabulis quod in cordibus non legebant. Non enim ſcriptum non habebant, ſed legere nolebant. Oppoſitum eſt oculis eorum quod in *Conſcientia* videre cogerentur, & quaſi forinſecus admota vo-

(b) *daretur* Sel.

(c) *Et ubi.* M. C.

ce

ce *Dei* ad interiora ſua homo compulſus eſt. In cogitationibus enim impii interrogatio erit (c) *ubi interrogatio ibi lex.* Sed quia (d) appetentes ea quæ foris ſunt, etiam a ſeipſis exules facti ſunt data (e) & conſcripta lex. Non, quia in cordibus ſcripta non erat; ſed, quia tu fugitivus eras cordis tui, ab illo qui ubique eſt apprehenderis, & ad te ipſum intra (f) te vocaris. Propterea, ſcripta eſt *Lex* quæ clamat eis qui deſeruerunt Legem ſcriptam in cordibus. *Redite, prævaricatores, ad cor.* Ex hac itaque antoritate *Auguſtini* patet quod homo ab initio habuit *Legem naturalem* in tabulis cordis ſcriptam: & quod tandem data eſt Lex ſcripta ne poſſit homini eſſe de aliquo defectu contra *Deum* querimonia.

(c) *Et ubi.* M.C.
(d) *Homines appet.* M.C.
(e) *Eſt.* M. C.
(f) *Revocaris.* M.C.

Item, cum ſic invaluit hominis præſumptio de ſe, ut diceret, *non deeſſe qui faciat, ſed deeſſe qui jubeat*; congruebat ut ad convincendam ſic præſumentis ſuperbiam darentur præcepta poſitiva, eademque multiplicia. Sed quia *Multitudo eſt ad memorandum difficilis*; congruebat ut multiplicatæ juſſiones commendarentur Scripturæ ad ſupplendam labilitatem memoriæ. Nec debuit humani generis redemptio per *Chriſti Paſſionem præcedere tempore Legis ſcriptæ latationem*:

ſed *debuit Lex ſcripta præcedere Filii Dei incarnationem*, manſura etiam poſtea ſecundum præcepta moralia (quæ omnia pertinent ad *Legem naturalem*) & deſitura in *ejus adventu* ſecundam præcepta *Ceremonialia*, quæ omnia pertinēnt ad *Legem Factorum*, ſeu *Poſitivam*.

Quæ ut liquidius pateant ſciendum, quod, in humano genere, quaſi quatuor conſiderantur perſonæ: quarum una eſt *Adam* cum tota ex eo naturaliter propagata progenie: omnes enim homines in *Adam* materialiter fuerunt, & in unitate qua uniuntur in *Adam* velut in una radice ſunt omnes homines quodammodo *Adam*. Alia vero *Perſona* eſt *Adam* peccans cum tota ſua progenie originaliter in *Eo* vitiata; & ex concupiſcentiali lege propaginis in *Originali* peccato de *Eo* naſcitura. Omnes enim homines in quantum ſunt *Originales* peccatores, ſunt quodammodo unus *Adam* prævaricator primus, in quo omnes *Originaliter* peccaverunt. Tertia vero *Perſona* eſt omnes criminoſe & maxime finaliter peccatores cum capite ſuo *Diabolo*. *Diabolus* namque cum omnibus ſibi finaliter cohærentibus unam *Perſonam* conſtituit quæ condemnata eſt in igni *Gehennæ* in perpetuum. Unde *Gregorius* in *Moralibus* ait, *Sicut Redemptor una perſona eſt cum congregatione*

tione bonorum (*ipſe namque caput eſt corporis, & nos hujus Capitis Corpus*) ita antiquus *hoſtis* una *perſona* eſt cum tota collectione *reproborum* : quia *ipſe eis* ad iniquitatem quaſi *Caput* primum : Illi autem dum ad perſuaſa deſerviunt, velut ſubjunctum capiti corpus inhærent. Quarta vero *perſona* eſt *Chriſtus* cum corpore ſuo quæ eſt *Eccleſia*. Unde *Gregorius* in *Moralibus* lib. 23. ait, *Sciendum quod Redemptor unam ſe perſonam cum ſancta Eccleſia quam aſſumpſit exhibuit : & hæc perſona adjudicata eſt æternæ gloriæ.* Corpori itaque *hujus perſonæ* videtur directe *Lex ſcripta* dari debere. Directius enim finis legiſlationis æterna *Salus* eſt. Dare autem *Legem perſonæ* non conſecuturæ *Legis finem* (hoc eſt, illi *perſonæ* cujus caput eſt diabolus) eſſet fruſtra & ſupervacuum. Sed ei proprie dari convenit, quæ per ejus obſervationem eſt conſecutura *Legis finem*. Illi autem perſonæ primæ quæ eſt *Adam* ſimpliciter (g) conſideratæ in natura conditionis ſuæ cum ſua naturali progenie data eſt proprie *Lex Naturæ* tabulis cordis naturaliter inſcripta: Et inſuper illa (*h*) poſitiva quæ prohibebat *eſum fructus de arbore* in medio Paradiſi poſita : & ſi non lapſa eſſet, (*i*) *huic perſonæ* nunquam data eſſet *Lex ſcripta*. Unde & quicunque naturales filii *Adæ* ſemper

(g) *Conſideratus.* M. C.

(h) *Lex,* M. C.

(i) *Hæc perſonæ.* M. C.

ſunt debitores non ſolum legis naturalis obſervandæ, ſed & illius primæ legis poſitivæ donec fuerit debitum obſervationis illius legis poſitivæ dimiſſum in propagatione illius originalis tranſgreſſionis per aliquod Sacramentum. Hæc itaque perſona poſtquam lapſa eſt in *Adam*, & facta perſona ſecunda, ſcilicet, prævaricator *Adam*, ſemper, ut dictum eſt, debitor legis eſt naturalis. Unde, ut cum totum corpus Diaboli quod collectum eſt ex omnibus damnandis, ab hac perſonalitate (k) in illam tranſierit; manifeſtum eſt quod totum corpus diaboli tenetur ſub debito obſervationis legis naturalis: cui tamen ſupervacue Lex naturalis, & multo fortius poſitiva ſcriberetur, cum nullam legem unquam ſit impletura.

(k) *In aliam.* M.C.

Patet igitur quod totum humanum genus a principio uſque ad finem aſtringitur ſub debito *Legis naturalis*, & aſtringitur etiam ſub debito illius *Legis poſitivæ* in Paradiſo poſitæ: niſi in his in quibus illud debitum per ſacramentum (ut prædiximus) eſt dimiſſum.

Patet quoque quod *Perſonæ* illi cujus caput eſt *Chriſtus* proprie collata eſt Lex ſcripta: ex largitate tamen *ipſius legiſlatoris* omnibus volentibus eam apprehendere eſt in (l) paradiſo propoſita: ne quis cauſari

(l) *Tropaulo.* M.C.

ſari poſſit, ob legis ignorantiam, ſe deliquiſſe. Populo itaq; *Iſrael* data eſt *lex ſcripta*, velut illi *perſonæ* cujus caput eſt *Chriſtus*. Populo vero *Gentium* non eſt data lex ſcripta velut illi perſonæ cujus caput eſt diabolus. Nec moveat aliquem quod nulli de *Gentibus* ſunt ſalvati, & (*m*) nulli ex *Iſrael* reprobati. Omnes enim finaliter *boni veri ſunt Iſraelitæ*, & pertinent ad *perſonã* cujus caput eſt *Chriſtus*. Unde Apoſtolus ad* *Romanos* ait *Non omnes qui ex Iſrael ſunt, hi ſunt Iſraelitæ, nec qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filii ſunt Dei: ſed in *Iſaac* vocabitur tibi ſemen: id eſt, non qui filii carnis, hi filii Dei ſunt; ſed qui *filii promiſſionis* ſunt, æſtimantur in ſemine. Et ad *Galatas* ait, *Cognoſcite ergo, qui ex fide ſunt, hi filii ſunt Abrahæ*. Et in eadem epiſtola paulo poſt ait, *Si autem vos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis, & ſecundum promiſſionem hæredes*. Finaliter vero mali omnes pertinent ad corpus Diaboli: etſi forte ſunt aliqui ſecundum præſentem juſtitiam, in corpore *Chriſti*. Redemptio vero & liberatio per Chriſti paſſionem proprie data eſt illi perſonæ quam nominamus *Adam* prævaricatorem (id eſt *Adæ* lapſo, cum humano genere in eo Originaliter peccante) quæ per redemptionem liberata a peccati fovea, tranſeat in perſonam cujus caput eſt Chriſtus.

(m) *Multi.*

* Rom: 9. 6. 7.

Gal. 3. 7. 29.

Licet

Licet enim non omnes qui de perſona ſunt *Adæ* prævaricatoris liberentur per *Chriſti paſſionem*; nihilominus tamen ad hoc propoſita fuit *Chriſti Paſſio*, ut hanc perſonam erueret de peccati puteo. Et vere eruit hanc *Perſonam* licet non ſecundum omnem ejus partem, quia eruit *Adam* qui hujus perſonæ radix eſt, cum integra arbore ſalvandorum de hac radice procedentium. *Chriſti* quoque *Paſſio* quæ proprie data eſt ad ſalvandum *Adam* prævaricatorem cum origine ſua originaliter injuſta, ſuperabundat etiam in ablutionem omnis peccati actualis ſuperadditi peccato originali. Unde Apoſtolus ad * Rom: *Sed non ſicut delictum, ita & donum.* Si enim *Unius delicto, multi mortui ſunt; multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis* Jeſu Chriſti *in plures abundavit.* Et non ſicut per *unum peccatum, ita & donum.* Nam judicium ex *Uno*, in *Condemnationem*: *gratia* autem ex *multis delictis*, in *juſtificationem.* Ex *Adam* namque non contrahit aliquis niſi unum peccatum *Originale.* Ex *Chriſti* vero *Paſſione*, quoniam eſt de paſſionis ſufficienti poteſtate, abluitur cum *Originali* omne peccatum *actuale.* Non enim eſt *Chriſti paſſio* data proprie illi perſonæ primæ, quia illa perſona eadem fuiſſet, licet primus homo non peccaſſet. Hæc enim perſona

* Rom: 5. 15.

perſona eſt totum humanum genus conſideratum in natura ſuæ conditionis. Homini autem tali qualis fuit per naturam conditus, dare *redemptionem* & *liberationem* eſſet impoſſibile, vel ſupervacuum cum homo in quantum *talis* non eſt captivus: nec debetur *redemptio* niſi ſub hoſte captivo. Illi quoque perſonæ cujus caput eſt diabolus, in quantum hujuſmodi, dare redemptionem eſſet *redimere* etiam *Diabolum* qui eſt caput hujus perſonæ. Præterea, cum oportet *redemptorem* & *redemptum* eſſe *unum* in radice naturali (alioqui enim non ſatisfaceret ille qui deliquit) hæc perſona autem cujus caput eſt diabolus non poſſit eſſe *unus* cum *redemptore* in naturali radice: patet ergo quod hæc perſona, in quantum hujuſmodi, caret (*n*) *Redemptore*. Perſona ergo cui proprie data eſt ad *liberationem Chriſti paſſio*, eſt velut unus aliquis homo qui præcipitaſſet ſe in porfundum & obſcurum puteum, de quo puteo non poſſit evadere, vel proprio conamine vel aliquo juvamine, niſi *unius ſolius*.

(n) *Redemptione.* M. C.

Imaginemur itaque hominem unum lapſum in profundiſſimum puteum. Imaginemur & alium qui ſolus poteſt extrahere lapſum, nec egeat in extrahendo ipſum aliquo juvamine extrinſeco. Et ponamus inſuper quod totum gaudium & totum

bonum

bonum extracti eſſet cognitio & amor *extrahentis ipſum*; Nonne plus beneficii præſtaret extrahendo, potens extrahere illum, ſi demitteret eum in puteo donec expertus eſſet extrahendus ille: quod per proprias vires nullo modo poſſit de puteo aſcendere; quam ſi ſtatim eundem extraheret? Si enim ſtatim extractus eſſet antequam in proprio conamine defeciſſet, poſſet præſumere quod per ſe aliquo modo potuiſſet evaſiſſe; & ita (o) *abſtractori* ſuo minus eſſet *gratus*, & minus ei rependeret dilectionis affectum. Et ita, cum dilectio eſſet totum *bonum extracti*, minus beneficium accepiſſet, ſi ſtatim extractus fuiſſet. Multiplicaretur quoque hoc *beneficium*, ſi poſtquam ipſe lapſus in puteum, ſentiret ſe proprio conamine non poſſe reſurgere, accenderetur ei lucerna ut experiretur quod non fuit fruſtratus a ſuo conamine propter præſentiam tenebrarum, aut defectum lucernæ: Etſi etiam ad ipſum demitteretur *Scala*: & ne poſſet cauſari quod non poſſet per *Scalam* aſcendere præ graduum in *Scala* paucitate, eſſet eadem *Scala graduum* multitudine & ſpiſſitudine repleta: ſi etiam demitterentur funiculi trahentes, & adderentur ſtimuli pungentes & impellentes: Etſi etiam adjiceretur ei maximum extractionis adjutorium quod poſſit

(o) *Extractori*, M.C.

haberi

haberi; excepto illo qui ſolus poſſit extrahere: Cum enim *Lapſus* in puteum ſentiret ſe nullo adjutorio nulloq; adminiculo poſſe evadere, niſi *unius ſolius extrahentis*; arctius, diligeret *extrahentem*. Unde cum dilectionis augmentatio eſſet beneficii majoratio; extractio poſt prædictam experientiam eſſet majoris beneficii largitio, quam fuiſſet ab initio: Ad augmentum quoque dilectionis *extracti* erga *extrahentem* accederet & ita ad beneficii incrementum, ſi omnia ea prius adjecta adminicula, accepto *extrahente* illo qui ſolus potis eſt, per ſe ſolum poſſe extrahere, tollerentur; niſi forte eſſent quædam quæ ſi remanerent, ex eorum permanentia fieret extractus laudabilior & ſui *extractoris* amantior. Sic enim pateret *extracto* quod *extrahens* non egeret co-adjutore aliquo, & ita eſſet ex manifeſta benignitate poteſtativa, amabilior. Quanto enim eſt benignitas potentior, tanto eſt melior & amari dignior. Accederet quoque ad amoris & beneficentiæ augmentum, ſi, omnibus adminiculis ſublatis cum quibus & ſine quibus nil poſſet proficere, *extrahendus* non extraheretur velut lignum mortuum abſque proprio conamine; ſed daretur ei, ab *extrahente*, ſic conari ſurſum a porrecta ſibi *extrahentis* manu, ut tota ipſius perfectio de puteo

eſſet

eſſet ſui proprii conaminis motio. Sic namque ipſe *extractus* de puteo ſuo egreſſu eſſet laudandus. Quapropter his omnibus aggeratis & peractis, majoris eſſet beneficii collatio, quam ſi eſſet beneficium extractionis collatum ab initio. Eadem namque res data tunc eſt beneficium majus quando magis confert recipienti.

Ex hujuſmodi itaque rei comparatione manifeſtum eſt, quod *Dei filius* non ſtatim poſt hominis lapſum debuit dare *redemptionis* beneficium: ſed debuit homo lapſus in peccati puteum prius derelinqui proprio conamine, ut ſciret etiam experentia, quod non poſſet reſurgere per ſolum liberum arbitrium. Debuit quoque velut *Scala* quædam ad ipſum deorſum mitti *Lex naturalis* in qua ſingula *Legis* mandata ſunt velut ſinguli gradus aſſcentionis in *Scala*; ut experiretur quod nec proprio per liberum arbitrium conanime poſſet per hanc *Scalã* de puteo peccati aſſcendere. Et quia longa mora in putei profundo jam quaſi cæcutiebat homo, ne poſſit cauſare *lucernæ* defectum, debuit ei adjicii *lucernæ* beneficium. Eſt autem *lucerna*, ipſa *Lex* ſcripta: quia ſicut ait *Solomon* in * *Proverbiis*, *Mandatum lucerna eſt*; *& Lex, Lux.* Et * *Propheta, Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Et * *Petrus* in ſecunda *Catholica, Habemus propheticum*

* Prov. 6. 23
* Pſa: 119. 105.
* 2 Pet: 1. 19.

phetícum ſermonem, cui benefacitis attendentes, quaſi *Lucernæ* lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & *Lucifer* oriatur in cordibus veſtris." Et quia forte poſſit homo cauſari, magnam in *Scala Legis* graduum diſtantiam, præ cujus diſtantiæ magnitudine, non poſſit ipſe debilis, a gradu ad gradum abſque intermediorum graduum multiplicata additione attingere; interſeri debuerunt inter mandata naturalia multiplicia mandata poſitiva. Oportuit quoque adjicere funem trahentem, hoc eſt, temporalium bonorum permiſſionem & exhibitionem: & ſtimulum pungentem & impellentem; adverſitatis, ſi non aſſcenderet, comminationem. Maximum autem adjutorium quod exhiberi potuit ad extrahendum hominem de puteo peccati, excepto *redemptionis* per *Chriſti Paſſionem* adminiculo, fuit oblatio (q) *hoſtiæ in Chriſti ſigno.* Cum enim oblatio *hoſtiæ Chriſti in Cruce* fuerit vera & integra hominis liberatio per *Chriſtum*; hinc adjutorium & maxime eidem aſſimilatum fuit ejuſdem hoſtiæ oblatio, non in ſe, ſed in ſigno. Oportuit ergo ut *Chriſti* adventum præcederet populo *Lex naturalis*, non ſcripta. Deinde *Lex* eadem cum additione multiplicis *Legis poſitivæ ſcripta.* Denique proſperitatis temporalis promiſſio, & adverſitatis

(q) *Hoſtiæ Chriſti in ſigno.*

tatis comminatio. Et in ſuper adjici oportuit, hoſtiæ Chriſti oblationem in Sacramento, quod fiebat in illis hoſtiis legalibus Chriſti hoſtiam ſignificantibus. Chriſto quoque per paſſionem extrahente hominem de peccati puteo, ad augmentum beneficii, ut etiam eſſet ipſe homo extractus laudabilis de ſuo egreſſu; debuit homo derelinqui ſuo libero arbitrio, ut eo bene uteretur; & ejus conatu & motu, trahente ipſum manu Gratiæ, ipſe egrederetur: ut egreſsionis actus totus poſsit aſcribi extrahenti. Et nihilominus etiam poſſet totus aſcribi libero arbitrio cum Gratia conanti. Totum enim quod benefacimus Gratia facit in nobis, & totum illud nos facimus per obſequens liberum arbitrium. Unde *Bernardus* in lib. de libero arbitrio, ait, *Sic Gratia cum libero arbitrio operatur*, ut tamen in primo illud (r) veniat, & cæteris comitetur,: ad hoc utique præveniens, ut jam ſibi deinceps co-operentur. Ita tamen ut quod a ſola Gratia cæptum ſit, pariter ab utroque perficiatur, ut mixtim non ſingulatim; ſimul, non viciſsim, per ſingulos profectus operentur; non partim Gratia, partim liberum arbitrium, ſed totum ſingula opere individuo peragant, totumque, hoc: & totum, illa: *Sed ut totum in illa, ſic totum ex illa.*

(r) *perveniat.* M.C.

Beneficium

Beneficium igitur dictæ extractionis totum hoc modo eſt *extrahentis* & merum eſt beneficium mūlto uberius quam ipſa egreſſio. Nihilominus tota eſt *extracti* proprius actus. Et quia actum egrediendi non potuit homo exercere, niſi ipſe in hoc motu, ſuper aliquid velut ſuper gradum ſuſtinens, inniteretur; oportuit ut ſcala legis naturalis ei demitteretur; & qui per longam moram in puteo cæcutiebat, & quaſi ambulabat in cæcitatis tenebris, neſcit quo vadit, congruebat ut lex naturalis adhuc ſplenderet in lucerna ſcriptionis. *Lex enim ſcripta ſimul eſt ſcala & Via aſcenſionis*, & *lucerna*. Unde *Solomon* in * *Proverbiis*, *Mandatum*, *lucerna eſt*: & *lex*, *lux*. *Et via vitæ increpatio diſciplinæ.* * Prov: 6. 23.

Sed, ut & virtus *extrahentis* eſſet manifeſtior, & actus *egredientis* de puteo, *laudabilior*, & ita beneficii præſtatio *uberior*; interjecti gradus mandatorum *Legis poſitivæ* in *Scala legis naturalis debuerunt tolli*: ſimiliter & ſupra dicti funiculi & ſtimuli abjici, & adminicula *Legalium Sacramentorum* evacuari. His enim non ſublatis de medio, poſſit *extrahens* putari egere *horum* uſu & adjutorio: nec eſſet cum his, quantum ſine *his*, virtuoſa & laudabilis *egredientis* propria actio: *Horum* ergo oblatio, *extractionis* vehementer augmentat beneficium;

cum, ſine *his*, *extrahens* merito ſit amabilior; & totum hominis *Extracti Bonum* ſit *Liberatoris* ſui dilectio. Totum namque *Bonum noſtrum dilectio eſt Filii Dei* qui nos ſua paſſione de puteo peccati extraxit. Unde, cum *Dei Filius* ſit ſumme-bonus, *potens* & *ſapiens*, ideoque eidem conveniat ſummum præſtare *beneficium*, nec tantum eſſet *beneficium liberationis hominis*, ſi ſtatim eum liberaſſet; & non tanta data eſſet homini dilectionis (quæ eſt totum hominis bonum) occaſio; patet, quod, non niſi dicto ordine, debuit *Dei Filius* ad hominem liberandum venire.

Patet quoque ex his, illius ſupradictæ opinionis ſolutio, qua dicebatur, *Dei Filium ſtatim debuiſſe liberare hominem; quia ſit bonum diuturnius, & beneficium gratius, ut videbatur, præſtitiſſet.* Non enim eſſet hominis liberatio tantum beneficium quantum nunc eſt (ut patet ex ſupra-dictis) ſi non prædicto ordine eſſet præſtita. Eadem namque res data (ut ſupra tetigimus) tunc eſt *beneficium majus*, *cum plus expedit Recipienti.* De bono autem ſimpliciter indifferenti & æquali, dictum eſt quod melius eſt, ſi diuturnius eſt. Similiter, ſi ſit beneficium ſimpliciter idem & indifferens, tanto gratius eſt quanto citius & paucioribus precibus Collatum eſt: ſed

cum

cum dilatio & expectatio, & preces *ipſum bonum* augent; non parcum præſtat *beneficium* qui donum differt eo ipſo quod differt & expectat preces Recepturi. Pater namque familias magnum præſtat filio parvulo beneficium eo quod ſub tutoribus & actoribus eſt, uſque ad annos diſcretionis virilis.

Patet quoque ex his quod Sacramenta legalia & mandata veteris legis poſitiva in Chriſti paſſione debuerant ceſſare, ut poteſtativa benignitas liberatoris eſſet manifeſtior, & amor liberati ardentior, & ſic beneficentia major: Senſit ergo humanum genus, & Synagoga in Patriarchis & Prophetis, ſe non poſſe intrare januam paradiſi, nec de peccati puteo eripi per liberum arbitrium, neque per legem naturalem, aut ſcriptam, neque per ſacrificia & hoſtias legales. Unde *Jacob* ſub lege naturali poſitus antè legem ſcriptam ait, * *Deſcendam ad filium meum lugens in Infernum.* Crediderat itaq; filium ſuum *Joſeph* (quem innocentem noverat) ad inferos deſcendiſſe, & ſe ad illum cum fletu, pro filii orbitate, deſcenſurum eſſe. Idem quoque *Jacob* cum vellent filii ejus ducere ſecum *Benjamin* in *Ægyptum* ait, * *Si quid ei adverſi acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.* Senſit

* Gen. 37. 35.

* Gen: 42. 38.

ſit ergo *Jacob* (ut ex jam dictis patet) ſe ad inferos deſcenſurum.

Huic tamen videtur adverſari quod dicit *Auguſtin.* in lib. 12. ſuper *Geneſin* ad literam, ubi ait. *Inferorum mentionem non eſſe factam in requie pauperis, ſed in ſupplicio divitis.* Illud etiam quod *Jacob* dicit ad filios ſuos, *Deducetis ſenectutem meam cum triſtitia ad Inferos; videtur hic magis timuiſſe ne nimia triſtitia ſic perturbaretur, ut non ad requiem bonorum iret,* ſed ad inferos *peccatorum*, prout dixit, *Nondum inveni ſed adhuc quæro, nec mihi occurrit Inferos alicubi in bono poſuiſſe Scripturam Canonicam.* Veruntamen, ut patet ex inferioribus in eodem libro; non multum aſſerit *Auguſtin.* hanc ſententiam, ſed magis eam relinquit in dubio. Alii autem ſacri expoſitores expreſſe intelligunt omnes quantumcunque *Sanctos* ante *Chriſti* adventum ad Inferos deſcendiſſe, licet non deſcenderint ad locum *pœnalem* ubi puniuntur peccatores. Unde *Gregorius* homilia ſupradicta aſſerit *Joh. Baptiſtam* præcurriſſe *Chriſtum* ad *Inferna*: Exponens enim illud verbum, *Tu es qui venturus es? an alium expectamus?* ſic ait, *Quem præcurrens Mundo nuntiaverat hunc moriendo ad Inferos præcurrebat.* Ait ergo, *Tu es qui venturus es? an aliam expectamus?* ac ſi aperte dicat, *Sicut pro omnibus naſci dignatus es,*

an

an etiam pro hominibus mori dignaris inſinua; ut qui *Nativitatis* tuæ præcurſor eram, mortis etiam præcurſor fiam, & venturum Inferno Te nuntiem, quem jam veniſſe Mundo nuntiavi. *Tobias* autem junior cum eſſet ſub lege ait ad *Angelum*, Et cum ſim unicus parentibus meis, deponam ſenectutem eorum cum triſtitia ad *Inferos*. *Ezechias* quoque ait, *Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas Inferni.* Gentilitus quoque ſe deſcenſuram ad Inferos credidit quod ex ſcriptis Poetarum gentilium liquido cognoſci poſsit.

Tob: 6.

* Eſa: 33. 10.

Item: In primis temporibus, fuit genus humanum, velut in ætate infantiæ, propter propinquitatem ad principium conditionis ſuæ, & prærogativam innocentiæ, in his qui Deo placuerunt. Deinde proceſſit quaſi in ætatem laſcivientis *adoleſcentiæ*, per elongationem a conditionis ſuæ principio, & a vitæ innocentis ſanctitate: *Infantili* autem *innocentiæ* nondum dictatur aut ſcribitur lex; ſed dimittitur (*s*) nutibus & regimini Naturæ. *Laſcivienti* autem *adoleſcentiæ* datur pædagogus & *Lex Timoris*. Cum autem ſucceſſerit ætas perfecta, tunc non amplius ſub pædagogo eſt vel lege timoris, ſed ſub lege libertatis, ſic in humano genere factum eſt, cujus Infantia

(*s*) *Motibus.* M.C.

regebatur lege Naturæ; ſequens ætas ſub pædagogo lege Timoris. Tertia ætas ab *Adventu Salvatoris, lege dilectionis & libertatis.* Nec congruebat ut ordine alio ad legem *libertatis* accederetur; nec congruebat etiam ut *liberator legem libertatis* præceſſiſſet, vel quod illam *libertatem* præveniſſet. Poſſit quoque & aliis plurimis patere rationibus, in *Chriſti Adventu Legalia* finita eſſe. *Filii* namque *Dei incarnatio eſt res maxime remota ab humana credulitate.* Inter omnia namque vera nil tam parum habet probabilitatis quam quod *una Perſona* ſit *Deus* & *Homo.* Hæ namque duæ ſpecies, *homo* & *leo* in plurimis communicant. *Divinitas* autem & *Humanitas* non communicant in aliquo eodem, quia *Divinitas* ſumma *ſimplicitas eſt*: nec eſt poſſibile ut *Creator* omnium communicet in aliquo cum *Creatura.* Quia ſi communicarent in aliquo, illud communicatum eſſet hinc creatum, & inde increatum: idem eſſet in *Deo* eſſentia *creatrix*, & in creatura eſſentia creata. Magis ergo diſtant *Divinitas* & *Humanitas* quæ in nullo communicant, quam *Humanitas* & *leonitas*, quæ in plurimis conveniunt. Minus ergo videtur probabile quod Divinitas & Humanitas quæ plus diſtant, in una perſona conveniant: quam *Humanitas* & *Leonitas*, quæ minus diſtant,

diſtant, in una perſona conveniant. Cum igitur *unam perſonam eſſe Deum & Hominem*, ſit omnium verorum improbaliſſimum, oporteatque tamen apud fidem hoc eſſe firmiſſimum, ut ſalutem conſequatur Genus humanum, cum ſolum ex hac fide *juſtus* vivat, & ſine hac fide impoſſibile ſit *Deo* placere; oportuit ut hoc unum omnium verorum improbabiliſſimorum, &, ut crédatur tamen, maxime utile & neceſſarium, ſummum haberet (*t*) virtutis ſuæ teſtimonium, & ita oportuit hoc teſtificari, & a rerum natura & ab aſſertione prophetica, ab aſſertione humana voluntaria, & a Scriptura authentica.

(t) *Veritatis.* M. C.

Chriſti autem incarnationem a rerum natura teſtificatam eſſe, inde patere poſſit; quod omnis creatura Mundi ſenſibilis propter hominem facta eſt. Quapropter, maximo miniſterio & utiliſſimo quod poſſit homini miniſtrare, congruit ut homini ſerviat. Nihil autem tam utile eſt homini quam deduci in fidem ſui ſalvatoris. Ergo ſi (*u*) diſpenſationem humani generis poſſit creatura ſenſibilis ſignare, & per ſignificationem in Salvatoris fidem hominem deducere; nihil congruentius eſt quam creaturam Mundi ſenſibilis, hoc miniſterio Homini ſervire. Poſſit autem creatura hujus Mundi Dei filium incarnatum deſignare.

(u) *Diſpenſatione ſalutis.* M. C.

nare. Non caret enim creatura hujus miniſterii omni ſimilitudine qua poſſit hoc Myſterium liquido deſignare. Deus ergo qui omnia facit congruentiſſimo ordine ſic ordinavit hujus mundi ſenſibilis creaturas, quas propter hominem ipſe condidit, ut, ſuis *formis & ſpeciebus*, quaſi quibuſdam literis ſignificarent homini, ſalvationis ſuæ beneficium per filium ejus incarnatum. Cum enim talis ſignificatio ſit miniſterium maximum & utiliſſimum quod poſſit manifeſtare homini, propter quem facta eſt hujus mundi creatura ſenſibilis; non poſſit eſſe quin ad hoc miniſterium ordinaverit ilam *Deus Pater*, qui etiam pro ſalute hominis * filio ſuo non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Et quia qui teſtificatur aliquid alius eſt ab eo cui teſtificatur; oportuit ut non totum genus humanum per actus ſuos voluntarios, & vitæ converſationem teſtificaretur reparationis humani generis myſterium; ſed ut hæc teſtificatio eſſet poſita ſpecialiter in uno populo, qui per actus ſuos & vitæ converſationem hoc teſtificaretur; Ideo ad hoc miniſterium electus eſt populus ille de quo Chriſtus (*u*) eſt naſciturus. Hoc enim erat congruentius: Et propter hoc, illius populi tota vita & converſatio fuit *Propheta'is* & *teſtificativa* noſtræ per *Dei filium Reparationis*. Et quia actus humani

* Rom. 8. 32.

(x) *Fuit.* M.C.

mani voluntarii non poſſunt ſciri niſi per Scripturam: oportuit ut illius populi vita & converſatio prophetalis noſtræ ſalvationis, in authenticam redigeretur Scripturam. Similiter, quia ſignificatio noſtræ reparationis per creaturarum ſpecies non eſt patenter nota humano Generi, oportuit ut creaturæ hujus mundi noſtram reparationem ſignificantes per authenticam Scripturam manifeſtarentur etiam noſtræ reparationis myſterium deſignare: ut, viz. adjutorio illuminationis Scripturæ cognoſci poſſit quæ creaturæ quibus ſuis proprietatibus & qualiter ſignificarent myſteria noſtræ ſalvationis. Oportuit quoque ut ipſa *Prophetalis* prænunciatio propter poſteros commendaretur Sripto. Oportuit etiam ut authentica Scriptura ſignaret verbis manifeſtis & nullam Allegoriæ obſcuritatem habentibus diſpenſationem noſtræ ſalutis: ut ipſa ſalutis noſtræ diſpenſatio teſtimonium haberet ab authentica Scriptura manifeſtiſſima, verbis nudis & manifeſtis illam denunciantibus, & teſtimonium a prænunciatione *Prophetica*, & teſtimoniũ a converſatione humana, & teſtimonium a mundi hujus creatura: ut veritas diſpenſationis noſtræ ſalutis quæ eſt *veritatum*, in ſe conſiderata, a fide longiſsima, & quantum oportet, apud *fidem* eſſe certiſsimum, teſtimonium haberet omnium maximum & evidentiſsimum.

Qua-

Quapropter, manifeſſum eſt quod *divina Scriptura* ſalutis humani generis prænũnciativa compoſita eſt *ſic* ut in quadam ſui parte per verba ſignificet hujuſmodi creaturas & ſpecies, per quas intendit ſecundo ſignificare noſtræ reparationis diſpenſationem: & in alia ſui parte ſignificet actus & converſationem populi *Iſrael*: per illos iterum actus & illorum converſationem intendens ſignificare noſtram reparationem. Et in his duabus partibus ſignificant verba primo loco *Res*: ſed ibi non ſiſtit ſignantis intenſio, quia intendit ultra per *res verbis* ſignatas; ſignificare ſecundo aliquid quod ad humani generis pertineat ſalvationem. In tertia vero ſui parte ſignificat hæc Scriptura ad noſtram ſalutem pertinentia verbis nudis nihil habentibus Allegorici ænigmatis. In quarta vero parte continet prophetiam quæ prophetat noſtræ ſalutis myſterium verbis nudis, tamen prophetat idem rebus per verba ſignatis, ſicut dicit Auguſtinus.

Ex prædictis etiam patet hæc Scriptura ſic compoſita eſt, ut quicquid de noſtra ſalute ſignificat per res allegorice, ſignificat etiam illũd idem verbis nudis ſine Allegoria planiſſime. Hoc ergo debet diſcipulus hujus Scripturæ perpendĕre; quod ubicunque in hac Scriptura prima verborum ſignificatio

ſignificatio exprimit fidem noſtræ ſalutis ſive charitatem; ibidem nulla eſt Allegoria quærenda. Ubi vero prima verborum ſignificatio ſignificat res creationis ſeu ſingulares actus humanæ converſationis, ibidem res ſignatæ primo per verba ſignificant, ſecundo aliqua noſtræ reparationis myſteria. Ad pleniſſimam quoque manifeſtationem ſignificationis rerum exprimit hæc Scriptura quæ res creationis vel humanæ converſationis quid ſignificet de rebus noſtræ reparationis. Verbi gratia. Hoc nomen *Ignis* ſpeciem quandam creationis ſignificat, & illa ſpecies ſignificat virtutem divinitatis noſtrorum vitiorum rubiginem conſumentis: quod oſtendit ſcriptura in *Deuteronomio* cum dicit, *Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt.* Deut: 4. 24. Quandoque vero hæc ſpecies ſignificat Dei indignationem, ut in * *Jeremia*, *Ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea:* * Jerem: 21. 12. Quandoque vero ſignificat verba Dei in ore prædicatoris quod manifeſtat eadem Scriptura in * *Jeremia*, cui *Dominus* dicit, *Ecce dedi verba mea in ore tuo in ignem, & populum iſtum in ligna, & vocabit eos.* Jerem: 5. 14. Ad hunc modum Scriptura explanat quid ipſa per res creationis vel humanæ operationis de pertinentibus ad noſtram reparationem ſignificat. Hanc itaque regulam debet habere penes ſe fixam diſcipulus

hujus

hujus Scripturæ: Et ubi verba hujus Scripturæ ſignificant res creationis, aut converſationis populi *Iſraelitici* prophetalis; ibi quærat ex aliquo Scripturæ loco quid quælibet res ſingulatim ſignificet; & poſtea ſignificationem ex multis rebus ſignificantibus inveſtiget in verbis veritatem *fidei* vel *Charitatis* (x) unde ſignificantibus. Verbi gratia: In *Cantico Canticorum* dicitur: *Dentes tui ſicut greges tonſarum, omnes gemellis fætibus.* Hæc itaque particula, *Omnes gemellis fœtibus, ſonat literaliter quod omnes oves de dictis gregibus pariunt gemellos fœtos.* Hoc ergo debet conſiderare quod hoc literaliter intellectum inſtruit fidem aut charitatem & ita debet agnoſcere quod res hic ſignatæ per verba alia quædam ſignificant ad fidem vel mores pertinentia. Debet igitur conſiderare quid ſignificat hoc nomen; *Ovis*, vel hæc ſpecies *ovis*: & oſtendet ei propheta quod *populus Dei* ſunt, *Oves iſtæ.* * Dicit enim, *Nos autem populus ejus, & Oves paſcuæ ejus. Oves* ergo parturire *gemellos fœtus, Eſt homines de populo Dei parere gemellos fœtus,* Sed adhuc, iſtud non habet congruum literalem intellectum; Ideo adhuc quærendum eſt quid fœtus ſignificet: & oſtendit Propheta * dicens, *A timore tuo, Domine, concepimus, & parturivimus*

(x) *Inde. Sel.*

*Pſal: 100. 3.

* Pſal: 26. 18.

parturivimus ſpiritum ſalutis. Hoc eſt ergo, hominem *parere gemellos fœtus*, quod eſt, *parere geminum Spiritum Salutis: Spiritus* autem *Salutis geminus gemina eſt dilectio Charitatis.* In hac enim & ſola *dilectione gemina ſalvatur homo.* Unde & *Salvator* ait *Tentatori Legis* perito, duo mandata *Charitatis* exprimendo: *Hoc fac, & vives.* Ergo hominem parere *geminum ſalutis ſpiritum, eſt*, eundem parere *geminam Charitatis* dilectionem. Idem eſt igitur dicere, *Oves parere gemellos fœtus* quod, *Hominem diligere Dominum & Proximum.* Voluit ergo Autor Scripturæ per illud verbum in *Canticis hoc nos docere*, quod *Deus* & *Proximus* a quolibet homine ſit diligendus: nec potuit illud manifeſtius ſignari per *res creationis*, quam ſignificatum ſit in horum omnium conjunctione. *Oves parere gemellos fœtus: Oves ſunt Dei populus: Fœtus eſt ſalutiferæ dilectionis* (y) *ſpiritus.* Habet igitur Autor hujus Scripturæ hoc optimi Doctoris proprium quod intendit docere per ſuum verbum quod per idem verbum eſt manifeſtiſſime ſignificatum. Verbum enim allegoricum abſq; coaptatione ſui ad verbum nudū ejuſdē allegorici explanativum non eſt ſicut verbum docentis plenum, ſed ſicut

(y) *Species.* M. C.

ſicut verbum decurtatum. Solo autem decurtato verbo non intendit magiſter bonus informare diſcipulorum intellectus, ſed verbo pleno. Nec poſſit eſſe diſcipulus alicujus *Doctoris* vel Artis qui nondum novit decurtatos ſermones ab integris ſecernere: vel qui noluerit ex decurtatis ſermonibus velut ex perfectis & integris *Doctoris* intentionem plene & manifeſte comprehendere.

In hoc ergo ſolvitur illa objectio quæ nitebatur arguere per proprietatem *doctoris* optimi quod *Mandatum de Cuſtodia Sabbati* & conſimilia eſſent ſolum intendenda; quia literalis ſenſus eſt per illa verba evidentiſſime ſignificatus. Autor namque hoc dicebat, non tanquam ſermonem plenum, ſed ſicut decurtatum: nec ſicut intendens tam ſignificare res per verba, quam ſignificare per ipſas res quædam alia; cujus ſignificationis evidentia non eſt completa niſi addantur & alia verba rerum ſignificationes explanantia: quibus additis nihil tam manifeſte ſignatur quam illud quod docere intendit.

Similiter; cum audit diſcipulus hujus ſcripturæ mandatum de Sabbati obſervatione, cum *hiſtorialis* obſervatio *Sabbati* non ſit de *lege naturali*, nec *hiſtorialiter* ſolum intellectum

intellectum doceat *fidem* aut *charitatem*; debet per ſupra-dictam regulam intelligere actum celebrationis *Sabbati* aliquid de fide vel moribus ſignificare: & ejus ſignificationem ex aliis ſcripturæ locis perpendere. Quod ſi diligenter faciat inveniat *Sabbatizationem* ſignificare a peccato *vacationem*. Dicitur enim in *Deuteronomio*, *Non facies in eo quicquam ſervilis operis*. Servile autem opus eſſe peccatum oſtendit ipſa *veritas* in * *Johanne* dicens, *Qui facit peccatum ſervus eſt peccati*. Non facere ergo ſervile opus idem eſt quod non facere peccatum. Quod etiam *corporale opus ſervile deſignet peccatum*, inde poſſit perpendi quod *opus ſervile de peccato proceſſit*. Si enim homo non peccaſſet, opera ſervilia quæ exigit hujus vitæ pœnalis conditio, nulla eſſent. Sicut ergo *effectus* deſignat *Cauſam*: ſic *opus ſervile deſignat peccatum*. Ergo *Sabbatizatio* quæ eſt per ſcripturam *Legis* ab *opere ſervili vacatio* (z) per rationem ſupra dictam, eſt a *peccato ceſſatio*. Cum ergo audit hujus ſcripturæ diſcipulus, *Sabbatizationem eſſe pactum ſempiternum & ſignum perpetuum*; *per regulam prædictam ſtatim perpendet quod Autor intendebat non tam ſignificare per nomen Sabbati actum vacationis corporalis, quam per ipſum corporalem vacationis actum a peccato ceſſationem*. Quia cum quod nihil eſt nihil ſignificare

1 Pet.

* Joh: 8. 34.

(z) Per Regulam M. C.

ſignificare poſſit; poſſit faciliter ſcripturæ auditor perpendere quod autor voluit etiam *corporalem Sabbati vacationem eſſe.* Intelligit igitur diligens hujus ſcripturæ diſcipulus per mandatum obſervationis Sabbati ſtatui hæc duo: *viz.* & *corporalem feriationem*, & *Abſtinentiam a peccato.* Et indubitanter agnoſcit quod autor intendebat in dicto præcepto principaliter docere & præcipere illud *Morale.* Nec voluit præcipere de corporali propter ſe ſed magis propter *Morale:* Cum igitur aliquid attribuitur *Sabbatizationi*, utpote *Perpetuitas* aut *Sempiternitas*; ex Artis exigentia debet auditor diſcutere utrum illa attributio conveniat *hiſtorico* potius, aut *ſpirituali Signato*, ſi forte utrique non poſſit convenire: & ſi neceſſe ſit, debet ex aliis ſcripturæ locis inveſtigare, & hoc per *regulam hujus Scripturæ*: Ait enim * Propheta, *Tunc non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis.* Utpote cum *Sabbatizationi* attribuitur perpetuitas, ſtatim poſſit agnoſcere ex innumeris ſcripturæ locis, quod hæc adjectio congruit *Moraliter Signato.* Abſtinentia enim a peccato debet eſſe *perpetua.* Sed an perpetuo obſervanda ſit *hiſtorica Sabbatizatio*, non ſtatim liquet niſi ex aliis ſcripturæ locis: quibus tamen *perſpectis*, patenter liquet *hiſtoricam Sabbatizationem*

*Pſal: 119.

Sabbatizationem deſituram. Ait enim *Dominus* per *Iſaiam Neomenias* & *Sabbatum* & *feſtivitates veſtras* non *feram*. Et, per * *Hoſeam* dicit, *Ceſſare faciam omne gaudium ejus, & omnia feſta tempora ejus.* *Iſa: 1. 14. * Hoſ: 2. 11.

Patet igitur evidentiſſime, collatis ſimul diverſis locis Scripturæ, Sabbatum eſſe perpetuum, & tamen deſtituram: & cum non poſſit eſſe ſecundum idem; quid evidentius quam cum dicitur Sabbatum eſſe perpetuum, hoc debere intelligi de ſabbato morali, literali Sabbato deſituro? Ex locorum ergo diverſorum Scripturæ collatione evidentiſsimum eſt quod cum dicitur Sabbatum eſſe pactum perpetuum; hoc intendebat autor ut doceret nos, Vacationem a peccato eſſe Pactum & Beneplacitum perpetuum inter *Deum* & *Hominem*: & hanc *Pacti perpetuitatem* non attribui Sabbato literali. Nec potuit hoc ſignis verborum & ſignis rerum doceri manifeſtius.

Qui autem hujus ſcripturæ diſcipilus non eſt, ſed ignorat doctrinæ modum ſcripturæ proprium, non poſſit concipere ex ſcriptura niſi errorem. Quemadmodum, ſi quis ignorans modum doctrinæ in *Geometricis* audiret *Geometram* dicentem de linea viſibili viſibiliter curva & non habenti digitalem longitudinem, quod ipſa eſſet,

recta & viginti pedum longitudinis, putaret ipſum mentiri vel inſanire, nec aliquid de ejus doctrina conciperet : aſſuefactus tamen ad doctrinam *Geometricam* ſcienſq; quod *Geometricus* oſtendens lineam viſibilem, non de illa, ſed de linea intellectuali demonſtrat, addiſcit & proficit in *Geometrica* ſcientia, modumq; doctrinæ, utpote illi accommodatiſſimum & congruum (*a*) ſuſpicit & veneratur: Sic, qui ignorat quod in S. Scriptura res naturæ & actuum populi *Iſraelitici* non ſolum vera ſunt ſigna diſpenſationis noſtræ ſalutis; & quod ſermo intendens per res ſignificare, imperfectus eſt in ſe ad evidentiam, donec aptetur alii ſermoni rei ſignificationem explananti, putaret vel verba ſolummodo res ſignare, vel ſermonem per res ſignantem, in ſe eſſet ad evidentiam completum; non poſſit niſi ſubſannare *Scripturam* velut frivolam, nec concipere ex ea niſi errorem.

(a) *Suſcipit* M.C.

Patet igitur jam quam frivola eſt illa (*b*) oppoſitio quæ nititur probare *Sabbatũ literale* eſſe ſempiternum, quia dicitur eſſe *Pactum* ſempiternum. Nulla eſt ergo (*c*) oppoſitio niſi ignoranti modum proprium huic Scripturæ accommodatiſſimum. Similiter nec ipſa (*d*) oppoſitio aliquid cogit quo vult oſtendere *literale Sabbatum* eſſe perpetuum, quia *Sabbatum* dicitur eſſe *ſignũ perpetuum*.

(b) *Opinio.*
(c) *Opinio.* M.C.
(d) *Opinio.* M.C.

perpetuum. Convenit enim hæc ſignificatio *perpetua Sabbato ſpirituali*. *Perpetua* namq; *vacatio* a *peccato* evidenter & perpetuo ſignificatur, quia *Deus* eſt *Dominus* ſanctificans vos, dicit * *Ezechiel*. * Ezech. 20. 12.

Similiter, cum diſcipulus hujus ſpripturæ audit *Circumciſionẽ* datam ad *Abraham* quod eſſet *Pactũ* in carne & *ejus* & ſeminis *ipſius* in *fœdus æternum*; ſtatim per ſupra dictas regulas intelligit *actum Circumciſionis* aliquid noſtræ ſalutis deſignare: & nihilominus *literalẽ Circumciſionẽ* in *præcepto* eſſe; ſtatimq; inveſtigabit ex aliis ſcripturæ locis quid ſignet ipſa *Circumciſio*: & occurret ei *Jeremias* * dicens, *Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtorum*. Item, idem Propheta * dicit, *Omnis domus Iſrael incircumciſi ſunt corde*. Ex quibus verbis patenter intelligitur quod *circumciſio* in carne ſignat oblationem ſuperfluitatis a corde. Ablatio autem ſuperfluitatis a corde lapideo & poſitio ablationis in corde carneo de quo dicitur, * *Auferam a vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum*; eſt in fœdus ſempiternum inter Hominem & Deum. * Jerem: 4. 4. * Ezech: 11. 19.

Illud quoque quod objicitur, quod quia *Sabbatũ eſt legitimum ſempiternũ, ſempiterna* debet eſſe *literalis obſervatio Sabbati*; jam ex prædictis ſolutũ eſt. Patet enim per prædicta quod *Sabbatum morale eſt legitimum ſem-*

piternum: & literale Sabbatum, legitimum temporale.

Iterum, Illud quod objicitur de Præcepto obſervando ſine termino, quod præcipit (d) operationem faciendam ſine termino; non cogit, actum *Circumciſionis*, vel aliquid hujus præceptum eſſe, ut fiat ſine termino, ſed ſolum quod illud fiat ſine termino quod hujus actu hiſtorico deſignatur. Sicut enim in aliis ſcientiis Prædicata non attribuuntur nominibus* ſubjectis, ſed rebus ſubjectis per nomina ſignatis: Sic in hac ſcientia in qua Res obtinent vicem nominum ſignificantium, ipſa Prædicata non attribuuntur plerumque rebus ſignificantibus, ſed rebus ſignificatis. Et ſicut in aliis ſcientiis cum nomen ſubjectum eſt æquivocum, diſcutit auditor hujus ſermonis, an Prædicatum conveniat ſubjecto in omni ſua ſignificatione, an in aliquibus, an in una ſola: Sic auditor hujus ſcripturæ; cum Subjectum ſermonis ſignat rem aliquam, & per rem illam iterato ſignificat rem ulteriorem; debet diligenter (e) ſignificare an illius ſermonis Prædicatum conveniat omni Signato, an aliquibus, an uni tantum. Patet quoque ex aliis Scripturæ locis, quod ea quæ videntur præcipi ſine termino habent ab eodem præcipiente termini præfinitionem. Apud * *Iſaiam* namque

(d) *Obſervationem.* M.C.

(e) *Inveſtigare.* M.C.

* Iſa: 1. 13.

que oſtendit *Dominus* finienda eſſe *holocauſtomata, victimas,* & *Sacrificia, neomenias,* & *Sabbatum* & *feſtivitates* alias quas *Odiſſe* dicit ſe *Dominus*. Sed, " *Quod quis odit, procul dubio vult id finiri.* Et in * *Hoſea,* ſicut ſupra tetigimus, dicit, *Ceſſare faciam omne gaudium ejus, ſolennitatem ejus, neomenias ejus, & omnia feſta tempora ejus.* Sed ſi *ceſſare facit omne gaudium Synagogæ; procul dubio ceſſare faciet legem & circumciſionem, & cætera, in quibus ſpecialiter & ſingulariter gloriabatur Synagoga.* Præfigit igitur *Dominus* actibus hujuſmodi corporalibus terminum: ſignificatis autem Spiritualibus terminum non præfigit, ſed magis eis terminum tollit, & perpetuitatem adjicit. Illud autem quod dicitur in * *Deuteronomio, Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro Legis hujus, ut faciat ea*: ſic debet intelligi: ut ille incurrat in maledictionem qui non permanſerit in verbis Legis ut faciat ea, dum ſunt verba Legis. Permanet autem in opere verborum Legis qui faciet ea, dum ipſa verba habent legis vigorem. Unde, ſi non habent Legis vigorem, niſi ad tempus: qui facit ea tanto tempore quanto ſtant verba in vigore legis licet non ultra faciet ea; vere dici poſſit in verbis legis permanſiſſe. Quod ſi ultra faciat ea, non ideo

* Hoſ: 2. 11.

* Deut: 27. 26.

permanet in verbis legis; cum jam non ſunt verba legis: ſed forte magis, contra legem facit: quando legis vigorem habere jam deſinant. Permanere igitur in lege ſempiterna eſt ſempiterne facere quod illa lex præcipit; permanere vero in lege temporali, eſt tam diu facere quod illa lex præcipit quamdiu illa quæ præcipit, legis habet vigorem.

Iterum; Præceptum de non-edendo Sanguine poſitivum eſt: non enim eſt de jure naturali Sanguinem non edere, cum Sanguinis eſu poſſit corpus humanum ſine læſione nutriri. Et cum omnia facta ſint propter hominem, & omnia ſint ſubjecta hominis poteſtati per naturam, non eſt contra naturam ut aliquid de ſibi ſubjectis proficiat in ejus naturam. Imo, poſſit homo naturali jure, ex eo ſcilicet, quod ſibi ſubjectæ ſunt cæteræ corporales creaturæ, eiſdem licite uti in ſuæ naturæ naturale juvamentum: Nec eſt hoc in aliquo licitum, niſi ab autore ſuo ratione quam ipſe novit ſit prohibitum. Cum igitur hoc Præceptum ſit poſitivum, & non exprimat prima ſua ſignificatione, aliquid vel Fidei vel Morum, cum quicquid ſit in Scriptura tendit ad Fidem vel Mores in quibus conſiſtit Salus, quæ eſt finis Scripturæ; manifeſtum eſt hujus

Scripturæ

Scripturæ diſcipulo qūod hoc hiſtorico præcepto ſignificatur aliquid Fidei vel Morum edificativum: Ut quod abſtinentia ab eſu Sanguinis ſignificat; abſtinentiam a delectatione in peccato. Sanguis enim Peccatum ſignificat; quod patet ex verbis præcedentibus * Libera me de ſanguinibus, Deus, Deus ſalutis meæ. Non enim a ſanguine corporali petiit liberari, nec ab aliquo niſi a Peccato, qui * alibi dicit: *Unum peti a Domino, ut inhabitem in Domo Domini.* Qūi ergo petiit niſi hoc unum, *Habitare* ſcilicet in domo *Domini*; *non petiit liberari* ab aliquo niſi quod poſſit hinc *inhabitationem* præpedire, quod non eſt niſi *Peccatum.* Significat ergo, ut dictum eſt, abſtinentia ab eſu ſanguinis, abſtinentiā a delectatione peccati: & illius ſignificati ſolum cauſa ſubjungitur, cum * dicitur, *Anima carnis in ſanguine eſt.* Quod idem ſciri poſsit, quia hæc ratio literaliter intellecta frivola eſt. Si enim ideo ſanguis edendus non eſſet, quia Anima eſt in ſanguine, nec ideo caro eſt edenda, quia Anima eſt in Carne. Et hæc eſt regula hujus ſcripturæ, quod ibi ſemper a *literali* intellectu eſt penitus recedendū, ubi *literalis* intellectus eſt inconveniens & falſus. *Spiritali* autē intellectui bene congruit ſubjuncta cauſa ſimpliciter intellecta.

* Pſal: 51. 14.

Pſal: 27.4.

* Levit: 17. 11.

tellecta. Anima namq; carnis bene dicitur anima carnalibus voluptatibus ſubjecta: (*f*) quæ jocundatur in peccati delectatione. Ideo abſtinendū eſt a delectatione in peccato, quia Anima quæ jocundatur in peccato eo ipſo Carni fit ſubjecta, & ejus ancilla & captiva, cujus debet per libertatem & imperium eſſe Domina. Præceptum igitur de non-edendo ſanguine, ſecundum literalem intellectum, non eſt perpetuum: nec habet literalem cauſam perpetuæ permanentiæ; ſed ſimiliter, cum aliis legalibus quibus gloriabatur Synagoga, debet ceſſare.

(*f*) *Eſſe vero in ſanguine eſt jocundare in peccato.* M. C.

In decreto autem Apoſtolorum non eſt prohibita ſanguinis comeſtio: ſed hujus prohibitionis obſervatio eſt permiſſa propter duritiam cordis Judæorum qui eo tempore ſcandalizati nimis fuiſſent, niſi hujus prohibitionis obſervatio adhuc permiſſa fuiſſet. Hæc autem omnia finitūm iri per Chriſtum, inde manifeſtum eſt, quod Dominus dicit per *Moſem* in * *Deutrenomio, Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus de fratribus veſtris, ipſum tanquam Me audietis.* Ex præcepto igitur Dei audienduseſt iſte Propheta, tanquam Deus. Igitur quod ille docet vel *verbo* vel *Exemplo*, loquens per ſe, vel alium vel in aliquo; hoc eſt obſervandum, tanquam Dei præceptum.

* Deut: 18.15.

Ipſe

Ipſe autem Chriſtus per os Pauli huic prohibitioni dedit finem cum * dixit, *Omnia munda mundis.* Et * *Nihil commune niſi ei qui credit aliquid eſſe commune.* Nec retractavit *Paulus* quod Apoſtolorum Concilium decreverat, quia, ut dictum eſt, non fuit *Hoc Decretum* ſed propter duritiam quorundam cordium, *Permiſſum.* Quod autem *Concilium* Apoſtolorum in quo præſidebat *Petrus* non prohibuit Sanguinis eſum, quaſi aliquid Commune aut (g) jucundum, inde patet, quod ipſe *Petrus* prius a Domino didicerat, *Nil eſſe commune vel immundum.* Oſtenſo namque *Linteo* cum *Reptilibus* quæ ſecundum legem erant immunda, illoque abhorrente eorum eſum velut immundorum; dictum eſt ei, *Quod Deus purificavit tu ne commune dixeris.* Præterea, Cum notum ſit ex hiſtoria *Petri*, *Petrus Gentiliter* & non *Judaice* vixit poſtquam prædictam viſionem viderat. Unde, nullo modo credendum eſt, quod ipſe prohiberet, cujus contrarium actu doceret.

*Rom:14.

14.

Act:10.15

(g) *Incommodum, immundum.* M.C.

Jam igitur ſoluta ſunt pro modulo noſtro ea quæ ex litera veteris Teſtamenti adducta ſunt ad arguendum, quod *Ceremonialia* cum *Sacramentis Gratiæ* ſunt obſervanda. Poſſit quoque & ex jam dictis videri quod illi actus Ceremoniales populi Iſraelitici fuerunt teſtimonia teſtificantia *incarnationem*

nem Filii Dei. Teſtimonium autem ut Teſtimonium eſt habet in ſe abſentiam manifeſtationis & præſentiæ rei quam teſtificatur. Unde exhibita rei teſtificatæ manifeſta præſentia, velut *Habitus eſt oppoſitus Privationi*, id eſt, abſentiæ manifeſtæ præſentiæ, quæ privatio eſſentialiter continetur in Teſtimonio. Sicut igitur privatio deſtruitur per *Habitum*: ſic Teſtimonium ceſſat cum præſentialiter teſtificatum manifeſtatur. Præſentialiter igitur manifeſtato *Dei verbo in Carne*, debuit ejuſdem rei teſtimonium conticeſcere, & loco teſtificationis, Prædicatio ſuccedere. Sicut namque ſi aliquis prædicat *Eclipſin Solis* (verbi gratia) completo anno futuram; ſua prædictione teſtificaretur de Eclipſi adhuc non manifeſta: Cum vero ad diem prænunciatum, & hora prænunciata manifeſtaretur prænunciata Eclipſis; univerſus populus videns prænunciatam prius Eclipſin jam præſentialiter adveniſſe admiraretur, & acclamaret Eclipſin eſſe, & unuſquique eam alii oſtenderet: ſed hujuſmodi annunciatio non eſſet teſtificatio; ſed eſſet rei antequam veniſſet teſtificatæ annunciativa prædicatio. Et cum hi qui Eclipſin vidiſſent, eam Poſteris enarraſſent, illi Poſteri eam iterum annunciaſſent, non

eſſet

eſſet hujuſmodi annunciatio, quaſi rei occultæ teſtificatio; ſed rei quæ præceſſit in manifeſtatione, evidens & certa prædicatio: ſic nunc Evangelizatur & prædicatur Chriſtus, & noſtræ per eum Salutis diſpenſatio, (*b*) quaſi prius per Ceremonialia, iſtius populi teſtificabatur. (h) *Qui.* M. C.

Similiter, Signum, ut Signum, eſt aliquid manifeſtans occultum ei cui proponitur Signum, ſicut ergo teſtimonium privativum habet oppoſitionem manifeſtæ præſentiæ rei teſtificatæ: ſic & ſignum, in quantum ſignum eſt, privativam habet oppoſitionem manifeſtæ præſentiæ rei ſignatæ: Unde ſignum, in quantum ſignum eſt, ceſſat, cum rei ſignatæ manifeſta exhibetur præſentia. Si enim intellectus noſtri eſſent ad invicem nobis manifeſti, ſuper-vacua eſſent exteriorum verborum ſigna. Unde penitus ceſſarent, niſi forte aliquid aliud haberent juvamentum, vel aliquam neceſſitatem vel utilitatem propter quæ remanerent. Signa itaque quæ propter hoc quod Signa ſunt aliam habent ſuæ permanentiæ rationem, permanere debent poſt rei ſignatæ manifeſtationem. Illa igitur antiqua Signa, in quantum Signa, manifeſtato præſentialiter

Chriſto,

Chriſto, quem præſignabant, a ſignandi officio ceſſare debuerunt.

Res vero creationis quæ ſignabant noſtræ ſalutis diſpenſationem per Chriſtum, manifeſtato Chriſto, cœperunt pro modo ſuo Chriſtum evangelizare & prædicare: & ſecundum ſignandi proprietatem, a ſignandi & teſtificandi officio ceſſare. Quia igitur res creationis multiplicem habent utilitatem & neceſſitatem aliam quam ſignandi & teſtificandi officium, completo teſtificationis & ſignificationis officio; nihilominus debent remanere in Eſſe ſuo. Illa autem Ceremonialia veteris legis omnem quem habuerint utilem uſum in Chriſti Adventū finierunt. Ut enim ex ſuperioribus liquidum eſt, data erant præcepta veteris legis poſitiva, ut probarent hominis humilem obedientiam, confunderentque tumentem ſuperbiam, quia dicebat, *Non deeſſe qui faciat ſed qui jubeat*: & ut tolleretur conqueſtio qua potuit conqueri lapſus in puteum peccati, quod non poſſit aſcendere per gradus mandatorum legis naturalis, niſi interjecti eſſent gradus mandatorum legis poſitivæ (ut dictum eſt) ut eſſent ſigna & teſtimonia Reparationis noſtræ. Chriſtus autem in Carne manifeſtatus (& Corpus ejus in illo) ſummam & humilimam complevit obedientiam, quando

do * factus eſt *obediens Patri uſque ad mortem, mortem autem Crucis.* Nec eſt nunc tempore *Gratiæ Corpus Chriſti*; quod eſt *Eccleſia* tumens de ſuarum virium præſumptione; ſed, cum omnia benefecerit, dicit quod ſit * ſervus inutilis. Nec conqueritur nunc quaſi quæ debilitate non poſſit per gradus Mandatorum legis naturalis aſcendere; ſed dicit cum Apoſtolo, *Omnia poſſum in eo qui me confortat, Chriſtus.*

* Phil: 2. 18.

* Luk: 17. 10.

Habent itaque ipſa legalia in his omnibus in ſe imperfectionem perfectioni oppoſitam, evacuandam cum venerit quod perfectum eſt. Ceſſant igitur Legalia in Chriſti adventu evacuante neceſſitatem experiendæ obedientiæ & pro tumente præſumptione inſerta vera humilitate qua homo ſeipſum abjicit, & de ſola Gratia confidit: inſerta quoque confidentia de adjutorio Gratiæ, quod in Chriſto, non in ſe, poſſit ſine adminiculo legis poſitivæ, de puteo reſurgere. Nec habent illa Ceremonialia alias cauſas inſtitutionis ſuæ, niſi hujus conſideratione; ſed habuerunt privationem & imperfectionem, & ideo adveniente Chriſto qui per ſuam præſentiam Privationem per Habitum privavit, & imperfectionem perfecit, * vetera illa tranſierunt, & ecce nova facta ſunt omnia.

* Cor: 5. 17.

Ex

Ex jam dictis poſſit patere ſolutio iſtius oppoſitionis quæ ſumpta eſt a Platonis ratiocinationis ſimilitudine. Habet enim illa lex Ceremonialis in ſe neceſſitatem ad corruptionem & deſitionem, eo quod habet in ſe ſecundum omnes rationes inſtitutionis ſuæ privationem & imperfectionem auferendas in *Chriſti adventu*, per oppoſitum Habitum & oppoſitam *Perfectionem*. Nec inde ceſſat *vetus Lex* unde *Lex eſt*: ſed unde debitum habet ut ceſſet; unde eſt *Lex temporalis*, & unde data eſt ad probationem nondum exhibitæ plenitudinis obedientiæ, & unde repreſſiva eſt tumoris ſuperbiæ, & unde (*i*) dativa conqueſtionis diffidentiæ, & unde ſignum & teſtimonium rei nondum per præſentiam manifeſtatæ; & ſimpliciter unde eſt habens eſſentialiter in ſe hujuſmhdi effectus & privationes. Plenitudo namque obedientiæ, & humilis ſui abjectio, & ſpes de Gratiæ adjutorio, & Rei per præſentiam manifeſtatæ, & hujuſmodi plenitudines evacuant prædictas & conſimiles imperfectiones.

(i) *Sedativa.* M.C.

(k) *Defectus.* M.C.

Ad primam autem oppoſitionem, quam ſupra poſuimus, ſumptam ex epiſtola Marcellini ad Auguſtinum reſpondet Auguſtinus in Epiſtola ſua ad *Marcellinum*, recitatis ſupra dictis verbis ſumptis ex Epiſtola *Marcellini*, in hunc modũ alloquens ipſum

ipſum *Marcellinum*, & dicens hæc verba; *Ex literis tuis in has meas tranſtuli, quibus ſi reſpondere copioſe velim, tempus me citius quam exempla deficerent, quibus rerum ipſa natura & opera humana certa ratione pro temporum opportunitate mutentur, nec tamen eadem ratio fit mutabilis, quia ipſa mutantur.* Unde pauca commemorem, ut ex his excitata quodammodo jam per plura *Similia vigil currat intentio. Nonne hyemi æſtas addito ſenſibili calore ſuccedit? Nonne diurnis tempora nocturna vertuntur? Quoties noſtræ variantur Ætates? Adoleſcentiæ Pueritia non reditura cedit. Juventus Adoleſcentiæ* non manſura cēdit. *Finiens Juventutem Senectus morte finitur.* Hæc omnia mutantur, nec mutatur *Divinæ Providentiæ* ratio, qua fit ut iſta mutentur. Non autem opinor cum *Agricola* quod *aliud Æſtate* juſſerit, quam juſſerit Hyeme. Ratio mutatur *Agriculturæ*, & *mane* ſurgit qui *Nocte* quieſcebat; vitæ conſilium non mutavit. *Aliud magiſter Adoleſcenti* quam *Puero* ſolebat imponere. Doctrina igitur conſtans, mutato præcepto, non mutatur. Magnus ille noſtrorum temporum *Medicus Vindicianus* conſultus a quodam dolori ejus adhiberi juſſit quod in tempore congruere videbatūr. Adhibitum ſanitas conſequta eſt. Verū, poſt aliquot annos eadē rurſus corporis *Cauſa commota* eſt.

Hoc

Hoc idem ille putavit adhibendum. Vertit in pejus. Miratus recurrit ad Medicum; indicat factum: At ille (ut erat acerrimus) ita reſpondit, Ideo male acceptus es, quia ego non juſſi. Ut, homines qui audiſſent, parumqne hominem noſcerent non eum arte medicinali fidere: Sed neſcio qua illicita potentia putarent. Unde, cum eſſet a quibuſdam poſtea ſtupentibus interrogatus, aperuit quod non intellexerant: *viz.* illi jam ætati non hoc ſe fuiſſe juſſurum. Tantum igitur valet Ratio ut, artibus non mutatis quod ſecundum eas fit, pro temporum varietate mutandum. Non itaque verum dicitur, *Semel recte-factum, nullatenus mutandum eſſe.* Mutata quippe temporis cauſa, quod recte prius factum fuerat, ita mutari vera ratio plerumque flagitat: & cum ipſi dicant, *Recte factum non eſſe mutandum*; recte non poſſit fieri niſi mutetur. Quia, utcunque tunc erit rectum, ſi erit pro temporum diverſitate diverſum. Quod non in diverſitate perſonarum uno tempore accidere poſſit, ut huic liceat aliquid impune facere, illi non liceat: non quod ſit diſſimilis res; ſed quod qui facit illa ab una eademq; perſona diverſis temporibus tunc oportet aliquid fieri; tunc non oportet: Non quod ſui diſſimilis ſit qui facit, ſed quando facit.

Hæc

Hæc quæſtio quam late pateat, profecto videt, quiſquis *pulchri aptique* diſtantiam ſparſam quodammodo in univerſitate rerum valet, neque negligit intueri. *Pulchrum* enim per ſeipſum conſideratur atque laudatur: cui turpe atque deforme contrarium eſt. *Aptum* vero cui eſt adverſo eſt ineptum quaſi religatum pendet a limite, nec ex ſemetipſo, ſed ex eo cui convertitur, judicatur. Nimirum etiam (*l*) decens atque (*m*) indecens, vel hoc idem eſt vel perinde habetur. Age nunc, ea quæ diximus refer ad idem unde agitur. Aptum fuit primis temporibus Sacrificium quod præceperat Deus: nunc vero non ita eſt. Aliud enim præcipit quod huic tempori aptum eſt; qui multo magis quam homo novit quid cuique tempori accommodate adhibeatur, quid, quando impertiat, addat, auferat, detrahat, augeat minuatve immutabilis mutabilium ſicut Creator ita Moderator: donec univerſi ſœculi pulchritudo, cuius particulæ ſunt quæ ſuis quibuſque temporibus aptæ ſunt, velut magnum carmen cujuſdam ineffabilis modulatoris, excurrat, atque inde tranſeat in æternam contemplationem ſpeciei, qui *Deum* recte colunt, etiam cum tempus eſt *Fidei*. Falluntur autem qui exiſtimant hoc *Deum* jubere cauſa ſuæ utilitatis aut voluptatis &

(l) *Dicens.* M.C.
(m) *Indicens.*

merito monentur, cur *Deus* iſta mutaverit, quaſi delectatione mutabili aliud ſibi jubens offerri illo prius tempore, aliud iſto: non autem ita eſt. *Nihil Deus* jubet, quod ſibi proſit, ſed illi cui jubet. Ideo, verus eſt *Deus* qui Servo non indiget, & quo ſervus indiget In ea * Scriptura quæ vetus dicitur Teſtamentum, & eo tempore dictum eſt quo adhuc illa offerebantur Sacrificia quæ hoc tempore non offeruntur, *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam Bonorum meorum non eges.* Nec illorum igitur Sacrificiorum egebat Deus, nec cujuſquam eget unquam: ſed rerum divinitus impertitarum vel imbuendo virtutibus animo, vel æternæ ſaluti adipiſcendæ quædam ſigna ſunt quorum celebratione atque (n) finitione non *Deo ſed nobis* utilia pietatis exercentur officia. Nimis autem longum eſt convenienter diſputare de varietate Signorum quæ cum ad res divinas pertinent Sacramenta appellantur. Sicut autem non ideo mutabilis Deus, quia mane aliud veſpere aliud: illud hoc menſe, illud alio: non hoc iſto anno, quod illo: Ita, non ideo mutabilis Deus quia univerſi ſæculi priori volumine aliud: aliud poſteriori ſibi juſſit offerri: quo convenienter ſignificationes ad doctrinam religionis ſaluberrimam pertinentes, permutabilia tempora ſine ul-

* Pſal: 16. 2.

(n) *Fruitione.* M. C.

la ſui mutatione diſponeret. Nam ut noverit quos hæc movent, jam hæc fuiſſe in ratione divina, nunc cum iſta nova conſtituentur, ſubito diſplicuiſſe priora velut mutabili voluntati: Sed jam hoc *fixum & ſtatutum fuiſſe in ipſa Sapientia Dei: cui de majoribus & rerum mutationibus eadem Scriptura dicit, *Mutabis eas & mutabuntur: Tu autem idem ipſe es: inſinuandum eſt eis mutationem iſtam Sacramentorum veteris Teſtamenti & Novi etiam, prædictam fuiſſe propheticis vocibus.* Ita enim videbunt ſi poterunt illud quod in tempore novum eſt, non eſſe novum apud eum qui condidit tempora, & ſine tempore habet omnia quæ ſuis quibuſcunque temporibus, per eorum varietatem diſtribuit. Nam & in illo Pſalmo unde commemoravi aliquid quo demonſtratum, non egere Dominum Sacrificiis noſtris: cui dicitur, *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam Bonorum meorum non eges*; Poſt, legitur ex perſona Chriſti, *Non (o) congrebabo conventiculum eorum de ſanguinibus*: hoc eſt, peccatorum victionis, quibus prius congregabantur conventicula *Judæorum*. Et *alibi dicit, *Non accipiam de domo tua vitulos, non de gregibus tuis hircos.* Et alius Propheta, *Ecce* (inquit) *dies veniunt, dicit Dominus, & confirmabo domum Jacob ſuper teſtamentum novum quod*

*Pſal: 101. 27.

(o) Congregabo conventiculo.

*Pſal: 50. 9.

diſpoſui patribus eorum, cum eduxi eos de terra Ægypti. Et alia multa ſunt de hac re teſtimonia, quibus hoc *Deum* facturum eſſe prædictum eſt, quæ commemorare nunc longum eſt. Hic jam ſi ſatis conſiſtit quod recte aliquo tempore conſtitutum eſt, itidem recte (*p*) aliquo tempore poſſe mutari; mutato opere non diſpoſitione mutata. Quam diſpoſitionem intelligibilis ratio continet, ubi ſine tempore ſimul ſunt quæ in temporibus ſimul fieri non poſſunt, quia tempora non ſimul currunt. Quiſpiam fortaſſis exſpectat cauſas a nobis mutationis accipere, quod quidem ipſe noſti quam prolixi negotii ſit. Veruntamen, breviter dici poſſit quod homini acuto fortaſſe ſufficeret: Aliis Sacramentis prænunciari Chriſtum, cum venturus eſſet; aliis cum veniſſet, annunciari oprtuiſſe. Sicut nos modo id ipſum loquens, diverſitas rerum etiam compulit verba mutare. Siquidem aliud eſt prænunciari; aliud, annunciari: aliud, cum venturus eſſet: aliud, cum veniſſet.

(p) *Alio.*

Hæc eſt itaque *Auguſtini Reſponſio ad oppoſitionem propoſitam in Epiſtola Marcellini. Ad Solutionem iſtius oppoſitionis* factæ ex eo, quod *Dominus venit non ſolvere legem, ſed adimplere*; diſtinguendum eſt quod duplex eſt genus rerum: *Unum, cujus eſſe* eſt permanens:

manens: & *Aliud, cujus eſſe eſt tranſiens.* Verbi gratia; Subſtantia corporis cœli habet *eſſe permanens*, & ſubſtantia corporis *Solis*, & hujuſmodi. Annus vero & menſis, & dies, & hujuſmodi quæ conſiſtunt in *motu & ſucceſſione*, habent eſſe tranſiens. *Adimplere itaque Legem & non ſolvere rem cujus eſſe eſt eſſe permanens, eſt eam perficere, & perfectam in eſſe ſuo permanenter ſine deſitione conſervare.* Sic Deus adimplevit & non ſolvit corpus Cœli, quia perficit idem, & in eſſe perfecto ſtabiliter & permanenter conſervat. Sic adimplet & non ſolvit animas rationales quas quotidie creat. Sic adimplet & non ſolvit corpora noſtra in Reſurrectione.

Adimplere vero & non ſolvere rem cujus *eſſe eſt eſſe tranſiens*, eſt producere illam per greſſus ſuos naturales uſque ad terminum conſummationi tranſitus ſui naturaliter congruentem: nec citra terminum ei convenientem, illam reſcindere; nec ultra terminum talem illam protendere. Hoc modo adimplevit & non ſolvit *Deus Annum*, cum deducit Solem per motum & viam ſibi naturales, ab eodem puncto Zodiaci in idem punctum. Si vero reſcinderet *Solis* motum ante reditum ad idem punctum, vel, protenderet Solis motum in ejuſdem anni ſpatio ultra punctum in quo

inchoavit Sol annum: vel ſi ſpatium anni, per nimiam ſolis velocitatem abbreviaret, vel per non naturalem tarditatem prolongaret; Annum ſolveret & non adimpleret:

Similiter. Eſſe ſeminis eſt ut per germinationem tranſeat in rem de ſemine naturaliter procreanda. Unde ille vere adimplet & non ſolvit ſemen qui facit id optimo tempore germinare, & in aliam formam & perfectionem pertranſire. V.g. Hoc eſt adimplere & non ſolvere ſemen arboris vel ſemen frumenti, facere idem in terra putreſcendo mori, & per germinationem tranſire in arborem ſeu ſpicam frumenti, & ſic deſinere habere *formam & eſſe ſeminis*. Adimplet igitur & non ſolvit ſemen qui dicto modo producit ſemen ad *non-eſſe*, quia hoc eſt *verum eſſe* ſeminis ſic tranſire ad *non-eſſe*. Qui vero recondit ſemen in apotheca & conſervat idem per annos plurimos, & non ſinit idem moriendo germinare, & in perfectius aliquid, moriendo & germinando, tranſire; hic vere ſolvit ſemen & deſtruit.

Conſimiliter, ut patet ex prædictis, duplex eſt genus *legis*: *Unum*, quod eſt ſempiternũ & manens; ut, * *Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo & Proximum tuum ſicut teipſum*. Alterum vero, quod eſt temporale & tranſiens; ſicut *lex Circumciſionis* & Sabbati & cætera Ceremonialia. Adimplere itaq;

* Matth: 22. 37.

itaq; legem ſempiternã, & non ſolvere eam *Chriſto*; eſt illam perpetuo in eſſe conſervare, & virtutẽ *Charitatis* agentibus legem infundere: per cujus infuſionem opera legis in agentibus vivant, & ſine qua, opera legis mortua ſunt. Hoc modo *Chriſtus legẽ* perſeverantẽ & ſempiternã Charitatis adimplet & non ſolvit: & ad hoc venit in Carnem, ut eam ſic adimpleret: & de hac adimpletione, nihil deſtruendo, vel finem temporalem imponendo, ſolveret. Agentes vero legem hujuſmodi adimplent & non ſolvunt, qui opera legis perſeveranter ex dilectione peragunt. Sic etiam Chriſtus, prout homo, legem implevit & non ſolvit. Sed legem temporalem & tranſeuntem adimplevit Chriſtus & non ſolvit, quia eam ab initio ſuo per greſſus ſibi congruentes, uſque ad temporis terminum tranſitui ſuo convenientem & opportunum produxit: nec citra terminum ſibi congruum eam præſcidit, nec ultra terminum eam extendit, ſed in tempore ſibi congruo finivit, & quaſi ſemen quoddam mortificando eam ſecundũ carnalem intellectum & operationem ſpiritualẽ. Nec de hujuſmodi lege pertranſit aliquid donec omnia quæ illius ſunt fiant. Sic, per totũ tempus ſuo tranſitui accommodatũ lex hujuſmodi plenarie proficitur Præteriret autẽ aliquid de hujuſmodi lege,

eſſet vere hujus legis tranſgreſſio, tã ſi poſt tempus ſuo tranſitui accommodatũ & determinatum fieret, velut legis habens vigorem: quã ſi tempore ſibi accommodato non fieret & omitteretur, velut non haberet legis virtutem. Utramque igitur *Legem tam ſempiternam quam temporalem Chriſtus* adimplevit: iſti dando permanentiam & vitam *Charitatis*: illi dando finem, per mortificationem, quoad ſenſum literalem, & per generationem ſenſus & operis ſpiritualis.

Ad illud autem quod objicitur, quod obſervanda ſunt Sacramenta legalia cum Sacramentis novæ legis, quia Chriſtus utraque Sacramenta peregit, cum omnis ejus Actio noſtra ſit lectio & nobis propoſita ut imitemur eam agendo: dicendum; quod Fideles pro modo ſuo omnem Chriſti actionem imitantur & vere faciunt quod Chriſtus fecit: nec tamen ſimiliter circumciduntur & baptizantur: nec ſimiliter offerunt Agnum typicum & (q) euchariſticum. Chriſtus namque Sacramenta veteris legis obſervavit, ut ſic oſtenderet ſuos teſtes eſſe Veraces. Ut ſupra enim dictum eſt, ipſa Sacramenta legalia teſtificabantur noſtræ ſalutis diſpenſationem per Chriſtum. Sed hoc pertinet ad eum de quo prohibitum eſt teſtimonium, ut cum

(q) *Euchariſtiam.* Sel.

cum ipſe præſens apparuerit, teſtimonium de ſe dictum verum eſſe confirmet. Sic namque fit etiam in foro ſæculari, & ad hoc magnis viribus nituntur hi de quibus teſtimonium prohibetur, ut vera eſſe comprobent de ſe prolata teſtimonia. Sacramenta autem legalia vera fuiſſe teſtimonia melius comprobari non potuit, quam ut ipſa veritas eadem Sacramenta etiam opere compleret. Præterea igitur Sacramenta veteris legis etiam opere complevit Chriſtus, ut ipſe ſumme juſtus omnem juſtitiam omnis legis, tam naturalis & ſempiternæ, quam temporalis & poſitivæ adimpleret. Leges namque illæ temporales & ceremoniales uſque ad ejus Paſſionem legis habuerunt vigorem.

Iterum, ideo leges ceremoniales fecit, cum tamen eſſet Deus Legis & Sabbati, ut daret nobis exemplum & formam humilitatis: cum etiam nobis minoribus & ſubjectis ſubeſſe, ad eorum utilitatem non dedignemur: ſed quanto majores ſumus, tanto magis nos humiliemus. Hæc enim eſt perfecta humilitas; ex dilectione etiam ſibi ſubjectis utiliter ſe ſubjicere, *ut qui major eſt, fiat ſicut minor*: & qui præſeſſor eſt, ſicut miniſtrator. Ideo etiam utriuſque teſtamenti ſacrificia peregit Chriſtus, ut in ſe, angulari lapide continuaret duos parietes

tes ædificii culturæ *Domini*. Quaſi enim unum ædificium eſt totus ritus colendi *Domini* a principio humani generis uſque in mundi conſummationem. Quod tamen ædificium eſt aliquid tranſiens, unde & partes ejus debent eſſe ſibi invicem ſuccedentes. Ad Chriſtum itaq; verum Architectum & angulare fundamentum pertinuit ut parieti culturæ Dei, ſecundum ritus ceremoniales, continuaret & parietem culturæ Dei ſecundum ritus *legis charitatis*. Cum igitur hoc agat unuſquiſq; quod finaliter intendit in ſuo opere, hoc egit *Chriſtus vetera Sacramenta cum novis obſervando*: ſcilicet, teſtimonia ſua cõprobavit; plenitudinem juſtitiæ adimplevit: minori ſe obedivit & humiliavit: finiendum ſuo termino finivit: continuanda continuavit, & innovanda innovavit. Quæ & nos ad ejus imitationem debemus facere, licet eiſdem inſtrumentis eadem facere nobis nunc non conveniat, nec oportet. Ut ſi nobis proponatur actio imitanda quod nos faciamus eiſdem inſtrumentis, & in eadem materia. Poſſum enim alio inſtrumento operari in plumbo quod alius alio inſtrumento operatur in *auro*.

Solũtæ ſunt igitur pro modulo noſtro oppoſitiones adductæ ad oſtenſionem (r) permanentiam ceremonialium cum Sacramentis Gratiæ. Nec ſolum eſt obſervatio legalium

(r) *Permanentiæ*. Sel.

lium cum Sacramentis Gratiæ carens utilitate, ſed habens multum de pernicie Ipſa; namq; *legalia* (ut ſupra oſtenſum eſt) jam ſunt otioſa, quia tranſiit tẽpus *actionis* propter quam fuerunt inſtituta. *Aliquid autem otioſe & non recto fine facere, non caret vitio & crimine.* Præterea, iſta legalia ſunt mortua, quia jam carent piæ ſignificationis vita. Item, ſi nunc fierent, eſſent majorũ bonorum non mediocriter impeditiva. Non enim poſſit hominis labor & diligentia utriuſq; *legis* ſimul complere mandata. Mandata namque Ceremonialia (ſicut ait * *Petrus*) *ſunt onus*, quod nec ipſe *Petrus* nec Patres antiqui portare potuerunt. Inſuper ſi obſervantur illa *legalia* eſſent pernicioſi erroris inductiva. Crederentur enim ad ſalutem eſſe neceſſaria & ſinceritas *fidei ſalvationis noſtræ per Chriſtũ* eſſet corrupta: ſine cujus *fidei* ſinceritate non *poſſibile eſt Deo placere*. Ad oſtenſionẽm autem ceſſationis *legaliũ per Chriſtum* aliæ plures & efficaces rationes adduci poſſint, quarũ quaſdam pro facultate noſtra ſcripſimus in explanatione ſuper Apoſtolum ad *Galatas*: & ideo in præſenti ab earũ ſcriptione deſiſtimus. Quod autem nunc oſtenſum eſt de *veteris legis* abolitione, per rationẽ confirmari poteſt per ejuſdẽ *veteris legis* autoritatẽ; cui etiam concinit & *novæ legis* authoritas, & ſacrorũ expoſitiorũ concors

* Act: 15. 10.

NB

&

& uniformis veritas. Scribitur enim in
*Deut:18. 15. * *Deuteron.* Prophetam vobis ſuſcitavit Dominus de fratribus veſtris, ipſum tanquam me audietis. Nulli dubium, quin iſte propheta ſit Chriſtus, quia per legis authoritatem, tanquam legis autor eſt audiendus. Si
(s) Igitur. M.C. (s) egit ipſe tam ſuo opere quam ſua doctrina docuit Ceremonialia ceſſare; conſtat quod ipſa jam ceſſant. Sed, jejunando & ſe affligendo jejuniq; per dies 40 Sabbatum ſolvit, in quo ſecundum legem legi ſubjectus ſe affligere non debuit. Cum etiam
N.B. diſcipuli ſpicas vellerent in Sabbato & manibus confricarent; ipſe factus eſt contra Phariſæos pro eis Advocatus, Sabbati ſic confirmans jam deſitionem: & congruebat (ut ſupra oſtenſum eſt) quod ille legalia faceret. Congruebat etiam, quod ille legalibus finem & terminum imponeret, & ſe legis Dominum oſtenderet: & hoc non ſolum doceret lingua & verbo ſed opere &
* Jerem:7. 22. exemplo. In * *Jeremia* quoq; ſcriptum eſt, *Non ſum locutus patribus veſtris, & non præcepi eis in die quo eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocauſtomatum & victimarum*: ſed hoc verbum præcepi eis dicens: *Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi Populus.* Iterum in *Jerem.* ſcriptum eſt, *Conſummabo teſtamentum meum novum domui Iſrael.* Et in *Baruch* ſcriptum eſt, *Statuam illis*
Bar:2.

lis teſtamentum alterum ſempiternum, ut ſim illis in Dominum, & illi erunt mihi in Populum. Iterum, in * *Ezechiele* ſcriptum eſt, *Ego dedi eis præcepta non-bona & judicia in quibus non vivant.* Item, in * *Jerem.* ſcriptum eſt, *Ut quid mihi thus de Saba offertis, & calamum ſuaveolentem de terra longinqua? Holocauſtomata veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non placuerunt mihi.* In * *Iſai* quoque ſcriptum eſt, *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum? Dominus dicit, Plenus ſum.* Holocauſta arietum & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. Cum veniretis ante conſpectum meum, quis quæſivit hæc de manibus veſtris, ut ambularetis in atriis meis. Ne offeratis ultra ſacrificium, fruſtra incenſum, abominatio eſt mihi. Neomenias, & Sabbatum, & feſtivitates veſtras non feram. Iniqui ſunt cætus veſtri. Calendas veſtras & ſolemnitates veſtras odivit anima mea: facta ſunt mihi moleſta, laboravi ſuſtinens. In threnis quoq; *Jeremiæ* ſcriptum eſt, *Oblivioni tradidit Dominus in Sion feſtivitatem & ſabbatum & opprobrio indignationis furoris ſui Regem & Sacerdotem.* In * *Hoſea* quoq; dicit Dominus, *Ceſſare faciam omne gaudium ejus, ſolemnitates ejus, neomenias ejus, ſabbatum ejus, & omnia feſta tempora ejus.* Et infra in eodem * libro, *Dies multos*

* Ezech: 20. 25.

* Jerem: 6. 20.

* Iſa: 1. 11.

* Lam: 2. 6.

* Hoſ: 2. 11.

* Hoſ: 3. 4.

(t) *Sedebunt.* M.C. multos(*t*)ſedebit *Iſrael* ſine Rege, ſine Principe, ſine Sacrificiis, & ſine Altari & ſine *Ephod*, & ſine *Teraphim* : & poſt, revertentur filii *Iſrael*, & quærent *Dominũ Deum ſuum*, & *David* Regem ſuum, & pavebunt ad *Dominum* & ad domum ejus in noviſſimo dierũ.

* Mich: 6. 6,7. Item in **Michæa* ſcribitur, *Quid dignum offeram Domino ? Curvabo genua mea Domino excelſo.* Nunquid offeram ei holocauſtomata & vitulos amiculos ? Nunquid placari poſſit Dominus in millibus Arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo, & fractum ventris mei pro peccato animæ meæ ? Indicabo tibi, o homo, quid

(u) *Dele.* M.C. ſit bonum, & quid (*u*) quærit *Dominus quærit a te ?* utiq; facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Domino tuo. Et per **Malachiam* dicit Do-

* Malach: 1.10.11. minus, *Non eſt mihi voluntas in vobis dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra.* Ab ortu enim Solis uſq; ad Occaſum magnum eſt nomen meum in Gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. In * Pſalmo

* Pſal: 40. 6. quoq; dicit *David*, *Sacrificium & oblationẽ noluiſti : holocauſtũ pro peccato non poſtulaſti.*

* Pſals 50. 8. Item in * alio Pſalmo, *Non in ſacrificiis tuis arguam te*, &c. uſque ibidem, *Immola Domino ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota*

tua.

tua. Item in * alio Pſalmo, *Non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus, hoc eſt peccatorum victimis, quibus prius congregabantur conventicula Judæorum.* Item * alius Prophetа dicit, *Ecce, inquit, dies veniunt, dicit Dominus, & conſummabo domum Jacob ſuper teſtamentum novum quod diſpoſui Patribus eorum, cum eduxi eos de terra Ægypti.* * *Daniel* quoque dicit, *Confirmabo autem pactum multis hebdomade una: & in dimidia hebdomadis deficiet hoſtia & Sacrificium.* In *Jeremia* quoque ſcriptum eſt, *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael & domui Juda fœdus novum*: non ſecundum pactum quod pepigi cum Patribus veſtris quando apprehendi manum eorum, ut ducerem eos de terra Ægypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus; ſed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael: Poſt dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eum. Et ero iis in Dominum, & ipſi mihi erunt in Populum. Et non docebit ultra vir Proximum ſuum & vir fratrem ſuum, dicens, *Cognoſce Dominum*: Omnes enim cognoſcent me a minimo eorum uſque ad maximum, dicit Dominus: quia propitiabor iniquitatibus eorum, & peccati eorum non ero memor amplius.

* Pſal: 16. 2.

* Heb: 8. 8.

* Dan: 9. 27.

* Jerem: 3. 31.

Hæc

Hæc, & hujuſmodi alia plurima ſunt veteris Teſtamenti teſtimonia quæ oſtendunt Ceremonialia deſitura, quæ nos ſcimus per Chriſtum jam eſſe finita. In novo quoque Teſtamento ſunt ejuſdem rei plurima teſtimonia. Ut enim ſupra dictum eſt, *Chriſtus tam exemplo quam verbo legalia ſolvit.* Apoſtolus quoq; ad **Romanos* ait, *Non ſub lege eſtis ſed ſub Gratia.* Item, idem in * eadem, *Nunc autem ſoluti eſtis a lege mortis in qua detinebamini, ita ut ſerviamus ei in novitate ſpiritus, non in vetuſtate literæ.* Item, idem in * eadem, *Finis legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti.* Item, Apoſtolus ad **Galatas* ait, *Ego enim per legem legi mortuus ſum.* Et Paulo poſt in * eadem, *Quicunq; enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt.* Et paucis interpoſitis, ſubjungit, *Chriſtus autem nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus.* Item, idem in eadem, *Evacuati eſtis a Chriſto qui in lege juſtificamini a Gratia excidiſtis.* Nos autem ſpiritu ex fide ſpem juſtitiæ exſpectamus. Nam in Chriſto Jeſu neq; Circumciſio aliquid valet, nec præputium, ſed nova creatura.

* Rom: 6. 14.

* Rom: 1. 6.

* Rom: 10. 14.

* Gal: 2. 16.

Hæc pauca teſtimonia de his duabus epiſtolis adduximus in medium, quaſi primo auditu evidentiora. Cum tamen, ut ſupra diximus, magna pars epiſtolæ ad Romanos, & tota epiſtola ad *Galatas* ceſſationem Legalium

galium oſtendere intendit. In epiſtola quoque ad * *Epheſios* ait Apoſtolus de Chriſto, *Ipſe enim eſt Pax noſtra qui fecit utraq; unum, & medium parietem materiæ ſolvens inimicitias in Carne ſua legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in ſemetipſo in unum novum hominem.* Et ad * *Corinthios* ait, comparans vetus teſtamentum novo, *Nam nec glorificatum eſt quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam.* Si enim quod evacuatur, per gloriam eſt; multo magis quod manet in gloria eſt. Et paucis interpoſitis, de velamine vultus *Moſis* ait, *Id ipſum velamen in lectione veteris Teſtamenti manet non revelatum quod in Chriſto evacuatur.* Item, ad * *Hebræos* ait, *Si igitur conſummatio per Sacerdotium Leviticum erat (populus enim ſub ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſarium fuit ſecundum ordinem Melchizedec alium ſurgere Sacerdotem & non ſecundum ordinem Aaron dici?* Tranſlato enim (x) ſacerdote, neceſſe eſt ut legis tranſlatio fiat. Et cætera quæ ſequuntur uſq; ibi, *Nihil enim ad perfectum adduxit Lex.* Sunt & alia plura teſtimonia de legis ceſſatione in eadem epiſtola quæ lector diligens facile poſſit perpendere.

* Epheſ: 2. 14.

* 2 Cor: 3. 9.

* Heb: 7. 11.

(x) *Sacerdotio.* M. C.

Sacrorum quoque expoſitorum chorus conſonat hiſce præſcriptis. Ait enim *Auguſtinus* Libro 3. de doctrina (y) Chriſtia-

(y) *Chriſti.* M. C.

na. Hoc vero tempore poſtea quam *Reſurrectione Domini* manifeſtum indicium libertatis noſtræ illuxit, nec eorum quidem Signorum quæ jam intelligimus, operatione gravi onerati ſumus, ſed quædam pauca pro multis, eademque factu facilima, & intellectu, (z) agnotiſſima, & obſervatione caſtiſſima, ipſe Dominus & Apoſtolica tradidit diſciplina; ſicut eſt Baptiſmi Sacramentum, & Celebratio Corporis & ſanguinis Domini. Idem in lib. de vera Religione ait. " Nunc vero cum Pietas Timore inchoatur, Charitate perficitur: populus timore conſtitutus tempore ſervitutis in veteri lege multis Sacramentis onerabatur. Hoc enim utile talibus erat ad deſiderandum Gratiam Dei quæ per Prophetas ventura canebatur. Quæ, ubi venit ab ipſa Dei Sapientia, homine aſſumpto, in libertatem vocati ſumus, pauca Sacramenta ſaluberrima conſtituta ſunt, quæ ſocietatem Chriſtiani populi, hoc eſt, ſub uno Deo liberæ multitudinis continerent. Multa vero quæ populo Hebræo, hoc eſt, ſub eodem uno Deo compeditæ multitudini impoſita erant, ab actione remota ſunt, in fide atque (a) interpretatione manſerunt, ita nunc ſimiliter alligant & (b) exercebit liberaliter animum.

(z) *Auguſtiſſima.* M. C.

(a) *In temperatione.* M. C.

(b) *Exercent.* M. C.

Hieronymus

Hieronymus quoque in epiſtola quadam ad *Auguſtinum* ait. "Apoſtolum *Paulum* non ignoraſſe *Petrum* principem eſſe hujus Decreti Legem, poſt Evangelium, non eſſe ſervandam. Et in eadem epiſtola, paulo poſt ait. "Ego pronuncio ceremonias Judæorum & pernicioſas eſſe & mortiferas Chriſtianis. Et quicunque eas obſervaverit, ſive ex Judæis, ſive ex Gentibus eum in barathrum diaboli devolutum. Idem Hieronym. in quadam alia epiſtola ait. "Omnis Judaicarum obſervationum cultura deſtructa eſt: & quaſcunque offerunt victimas, non Deo offerunt, ſed angelis refugis & ſpiritibus immundis. Idem Hieronym. in lib. primo ſuper epiſtolam ad Galatas ait. "Nullus quidem Apoſtoli ſermo eſt vel per epiſtolam abſentis vel præſentis, quo non laborat docere, antiquæ legis onera depoſita, & omnia illa quæ in typis & imaginibus præceſſerant, id eſt, otium ſabbati, Circumciſionis injuriam, Calendarum & trium per annum ſolemnitatum recurſus; ſcrupuloſitatem ciborum, & per dies ſingulos lavatura iterum ſordidantia; Gratia Evangelii ſurrepente ceſſaſſe: quod non ſanguis victimarum ſed fides animi credentis impleret: Iterum, idem ſuper eandem epiſtolam lib. 2. denique priuſquam Chriſti in toto orbe

Evangelium coruſcaret, habuerunt ſuum fulgorem præcepta legalia: poſtquam vero magis Evangelicæ gratiæ lumen obfulſit, & Sol juſtitiæ in mundo ſe prodidit; ſtellarum lumen abſconditum eſt, & earum radii caligaverunt, ita ut Apoſtolus in alio loco diceret. Nam nec glorificatum eſt quod glorificatum fuit in hac parte propter excellentem gloriam.

(c) 67. M. C. Item, *Auguſtinus* ſuper Pſal. (c) 60. ait, *Omnia quippe illa in figura contingebant illis, donec aſpiraret dies & removerentur umbræ.* Item, ſuper Pſal. 73. ait, *Sacramenta novi teſtamenti dant ſalutem*: Sacramenta veteris teſtamenti promiſerunt Salvatorem. Cum ergo teneamus jam promiſſa; quid quæris promittentia, habens jam Salvatorem? Hoc dico: Teneas promiſſa, non quod jam accepimus vitam æternam, ſed quia jam venerit Chriſtus qui per prophetas prænunciabatur, mutata ſunt Sacramenta, facta ſunt faciliora, pauciora, ſalubria promiſſa. Quare non eadem? Quia ibi eſt promiſſa terra *Canaan*, terra copioſa, fructuoſa, affluens Lacte & Melle promiſſum regnum temporale, promiſſa temporalis felicitas ſæculi, promiſſa fœcunditas filiorum, promiſſa ſubjectio inimicorum. Hæc omnia ad felicitatem temporalem pertinent. Sed quare ipſa primo promitti oportebat?

oportebat? Quia non primo quod ſpirituale, ſed quod animale eſt: poſtea (inquit) quod ſpirituale. Idem *Auguſtinus* ſuper Pſal: 77. ait, *Qui ſic ſuſcipiunt teſtamentum* Dei, *ut veteri vanitati ſe non exuant, ſimiles ſunt hoſtibus populi ejus qui arcam teſtamenti ejus captivatam juxta idola ſua poſuerunt*: Et ipſa quidem vetera, etiam illis volentibus cadunt: quia omnis caro fœnum, & claritas hominis ut flos fœni. Item *Auguſtin.* ad *Hyeronymum* ait, *Dico ergo Circumciſionem præputii & cætera hujuſmodi priori populo per teſtamentum quod vetus dicitur divinitus data ad ſignificationem futurorum quæ per Chriſtũ oportebant impleri.* Quibus advenientibus remanſiſſe iſta Chriſtianis legenda tantum ad intelligentiam promiſſæ prophetiæ, non autem neceſſario facienda: quaſi adhuc exſpectandum eſſet ut veniret fidei revelatio quæ his ſignificabatur eſſe ventura. Et paulo poſt, "Jam enim cum veniſſet fides quæ prius illis obſervationibus (*d*) obſerata, poſt mortem & reſurrectionem Domini revelata eſt amiſerunt tanquam vitam officii ſui. Idem *Auguſtinus* ad *Paulinum* epiſcopum exponens hoc verbum Apoſtoli ad Coloſſenſes ait. "Nemo vos ſeducat volens in humilitate & religione Angelorum, *&c.* Quibus ita ſcribit Apoſtolus, metue-

(d) *Obſervata.* M.C.

bat eos ſeduci umbris rerum, dulci nomine ſcientiæ, & averti a luce veritatis quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Hanc autem ſub nomine ſapientiæ, vel ſcientiæ curam variarum ſuperfluarumque obſervationum & de ſuperſtitione *Gentilitatis*, maximeq; qui ab eis philoſophi nuncupati ſunt, & a Judaiſmo cavendum eſſe decernebat, ubi erant umbræ futurorum removendæ. Quoniam lumen eorum jam Chriſtus advenerat. Item, idem ad Maximianum de Circumciſione ait. *Hoc Sacramentum* (e) *in Jordanis fluvio refrænavit, & reduxit in* (f) *fontem: hoc ſacramentum quamvis ipſe Deus evacuaverit crucifixus, tamen natus accepit.* Non enim (g) ſignanter illa damnata ſunt, ſed ſuccedentibus opportunioribus deceſſerunt. In lib. quoq; de utilitate credendi dicit idem Auguſtin. *In legis præceptis atque mandatis quibus nunc uti Chriſtianos fas non eſt, quale vel Sabbatum eſt, vel Circumciſio, vel Sacrificia*: ſi quid hujuſmodi eſt, tanta myſteria continentur, ut omnis (h) pius intelligat nihil eſſe perniciosius quam quicquid ibi eſt accipere ad literam, id eſt ad verbum: Nil autem ſalubrius quam Spiritu revelari. Inde eſt, *Litera occidit, Spiritus autem vivificat.* Idem contra Adverſarium legis & prophetarum, de veteribus Sacrificiis ait, *Jam Sacrificia talia non offeret Dei populus Deo:*

(e) *Formam.* Sel.

(f) *In Iordanem fluvium reſervavit.* M. C

(g) *Signacula.* M. C.

(h) *Populus.* M. C.

poſtquam

poſtquam venit unicum Sacrificium, cujus umbræ fuerunt illa omnia; non hoc improbantia, ſed hoc ſignificantia. Sicut enim res una multis locutionibus & multis ſignis ſignificari poſſit: ſic unum, verum & ſingulare Sacrificium multis eſt antea Sacrificiorum ſignatum figuris.

Johannes quoq; Damaſcenus ait, *Servantes legem Chriſti ſuperiores Moſaica lege effecti ſunt.* Cum venit enim quod perfectum eſt, quod ex parte eſt, evacuatum eſt, & velamen legis, ſcilicet velo ſciſſo per Salvatoris Crucifixionem, & Spiritum igneis linguis fulgentem; litera evacuata eſt (*i*) Corporalia quieverunt, & ſervitutis lex completa eſt, & libertatis lex nobis donata eſt. Iterum, idem *Johannes* ait, *Veritate itaq; apparente, inutilis eſt typus & umbra.* Quare ſuperfluum eſt nunc circumcidi, & contrarium Sacramento Baptiſmi. Qui enim circumciditur debet totam legem obſervare. Dominus autem ut compleret legem, circumciſus eſt ſed & omnem legem, & Sabbatum obſervavit, ut impleat, & ſiſtat legem.

(i) *Temporalia* M. C.

Item. *Auguſtinus* in 70. lib. de Civitate Dei, de legalibus loquens ait, *Cum tranſituræ erant umbræ, luce veniente*, & ideo dixit libera Sacra (quæ ſignificabat liberam Civitatem) Ejice ancillam & filium ejus. Idem

dem ibidem ostendit, *Translationem veteris Testamenti in novum; & veteris similiter* (k) *Sacerdotis & Regis in Sacerdotem & Regem novum qui est Christus; Prefiguratum per hoc fuisse quod reprobato Heli Sacerdote, substitutus in Dei ministerium Samuel, qui simul officio functus est Sacrdotis & Judicis: & Saule abjecto, Rex David fundatur in Regno.*

(k) *Sacerdotii, & regni.* M. C.

Sunt autum hujusmodi plurimæ assertiones Expositorum sacrorum concorditer affirmantes *Ceremonialium Abolitionem post Christum*: quæ si aggregarentur in *unum* in *magnam* crevissent prolixitatem.

Nos itaq; dictarum Assertionum *Compendio ad concordiam supra dictorum inducto contenti simus*: Et hic *Terminum hujus Tractatus statuamus.*

Explicit Lincolnienſis de Ceſſatione Legalium.

FINIS.

*EC.G9144.658t

THE HOUGHTON LIBRARY

*57J-1062